um m̄ltitudīeꝫ subito excitatā a q̄daꝫ
silua cōsurgē: ꝛ stati cōcepit ꝙ ibi fue
rūt isidie. Missis ḡ exploratorib⁹ di-
dicit ibi decē milia armatoꝝ se abscō
disse vt rōano exercitui obuiarēt Miſ
sis ergo pviā aliā militib⁹ eos circūde
dit ꝛ ꝯfudit. Hec ꝑ tāto dixerī ꝙ argu-
mētū debē⁹ accipere deo placēdi ꝛ be-
ne viuēdi a sctis qui nos precesserūt ꝛ
a mūdo volauerūt. ingrediētes ꝑ aōre
xp̄i scāꝫ religionē ꝛ si nō p hītū exteri
orē tn̄ p scāꝫ ꝛ deuotā ꝯuersatiōem qa
hīt⁹ nō facit mōachū Iux̄ ꝓuerbiū. Et
si tales cōsiderem⁹ videbi⁹ m̄ltas sctās
auiculas auolasse a silua mūdi p qđ sa
tis nobis pꝫ ꝙ in silua hui⁹ mūdi isidie
m̄lte latēt a Est hic notādū ꝙ hō
viator aui volāti merito cōpat̄. Iuxta
illđ iob. v. Hō ad laborē nascit̄ et auis
ad volādū. Possū⁹ aūt q̄tuor gn̄a hoīꝫ
q̄tuor gn̄ib⁹ auiū cōpare. Sūt enī mili
tes mercatores. et plati. ꝛ p̄dicatores.
Milites siue nobl̄es assilant̄ falconi-
b⁹. Sūt eī falcōes aues gn̄ose qa viuūt
de p̄da. Et ita ē cōit̄ de isto gn̄e hoīm.
Viuūt enī de spoliatōe eccīe ꝛ religi
osorū ꝛ paupū subditoꝝ Et sicut dicit
ambro. ī examerō. Oēs aues p̄diales
p̄dāt̄ p̄dā alteri⁹ gn̄is q̄ de sua spē ex-
cepto solo niso. Nis⁹ eī expers ē huius
pietatꝭ. Istā formā seruāt cōmunit̄ no
biles potētes et diuites q sūt q̄i eiusdē
spēi cū eis nō venāt̄. sed tm̄ illos q nō
pn̄t resistē. Sicut sūt canōici seculares
Mōachi bn̄dictini. et cistertiēses ꝛ m̄l
ti alii religiosi bōa sua tēporalia ex̄ ci
uitates ꝛ loca mūita hn̄tes q̄ vi ꝛ violē
tia ab eis auferūt̄ ꝛ tollūt̄ qa n̄ audēt
nec pn̄t ea defēdē. Istā aūt violētiā ill̄
q sūt de sua specie nō īfert̄. ꝛ hāc pieta
tē si pietas debeat dici: erga seiūcē ob
suāt ꝛ custodiūt. ſꝫ vt dicebā h⁹mōi ꝑ-
ciose pietatis sol⁹ nisus ē expers. i. nō

particeps. Nisus ē paruissim⁹ falco in specie sua. sed animosus ⁊ crudel' ꝑ q̄titate corpoꝝ sui ⁊ venat' ꝑuas auiclas ⁊ tñ i necessitate spēi sue nō pcit sicut tñ maiores falcōes faciūt. Isti nisi figurāt vnū gn̄⁹ militū q nō ꝑpt' strenuitatē corpoꝝ nō ꝑpt' ingenuitatē sāguinis. nō ꝑpt' nobilitatē v'tutis applicant' milicie. s₃ q̄daʒ armoꝝ temeraria assūptōe ⁊ abusiua exercitatōe sicut sūt modernis tꝑib⁹ Britones ⁊ eis cōsimiles qui spoliāt milites et v'os armigeros cū qb⁹ sūt eiusdē spēi. Sed propter peritiā iuris. Armati ei sūt legibus ⁊ statutis: nō lāceis neq₃ scut. Isti ivenādo nulli pcūt i q̄s pn̄t Spoliāt milites q sūt ꝓpe spēi: clericos: rusticos: monachos: et canoīcos. qa iusticie copiā ad quā tenet' nō exhibēt nisi ꝑ mūera cōducāt'. De istis cōq̄rit' eccia i ꝑsōa pauperꝝ. Tre. iii. Venatōe cepert me q̄si auē iimici mei gratis. Et Michee. vii. Vir fratrē suū venat' vsq₃ ad mortem Isti ergo mali milites ⁊ armigeri rapaces sūt falcones dyaboli. Et isti portāt' sup pugnū diaboli. qa cōstituūt' in officiis baliuoꝝ iiuste. vñ loc⁹: status: ⁊ grad⁹ quē hn̄t ē ꝑ manū diaboli. caueāt sibi tñ qa i duplici piclo sūt qa habēt oclos cooptos q̄dā velamīe ne circa se ꝯsiderēt. ⁊ hn̄t pedes illaq̄atos q̄dam ligamīe ne a dn̄o suo auolēt nisi quādo plac₃ dn̄o ꝑ solatō ⁊ lucro suo. ita ē de istis nobilib⁹. sedēt sup pugnū diaboli i magna reuerētia ⁊ dignitate. Sūt tñ execati ad oē illud qd ad verā ⁊ ꝑpetuā felicitate₃ ptinet q̄ ñ hēt' i vita ista. ii ad co. iiii. De⁹ hui⁹ secli excecauit mētes ifideliū. qn̄ tñ plac₃ diabolo ꝙ isti venēt' ista mūdana: depoīt cooptōe₃ eoꝝ vt videāt ꝑdā suā ⁊ pitiit eos q̄i liberos ad tēp⁹ ⁊ stati reclamat eos qa sūt ita assuefci ad manū sua₃ ꝙ nolūt auolare. S₃ qd de eis accid₃ fia lit? Reuera iux̄ antiquū exēplū. Falco ⁊ gallina hn̄t fata ꝯ̄ria Nā falco dū viuit ⁊ pōt volare poit' sup ꝑticā i aula reuerēt' ⁊ h₃ vestes sub pedib⁹ ne ledat vngues Gallia fugat' ab aula viuit i curia: scalpit i t'ra et colligit grana q̄ pōt s₃ i morte mutat' hec fortuna . qa falco mortu⁹ eicit' de aula ⁊ ꝑicit' ad fimariū. Gallina it' scutellas argenteas affert' ad mēsā ⁊ poit' an̄ dn̄s. Ita erit de diuite predōe ⁊ paupe iusto. Luce xvi. Factū ē vt morerēt' mēdic⁹ ⁊ portaret' ab angelis i sinū abrahe mortuus āt ē diues ⁊ seplt⁹ ē i iferno. Et hoc ē qd de eis ꝓphetat. baruth. iii Vbi sūt pn̄cipes gētiu₃ q dn̄ant' sup bestias q̄ sūt sup terrā. i. sup paupes q nō reputāt' ab eis nisi bestie? Qui i auib⁹ celi ludūt q argētū t'. et au. in q̄ ꝯfidūt homies ⁊ ñ est finis acq̄sitōis eoru₃? Et stati rn̄det'. ext'miati sūt ⁊ ad iferos descēderūt. ⁊ alii i loco eoꝝ surrexerūt

Secundū gen⁹ homi₃ sunt mercatores. ⁊ isti assimilāt' ꝑdici: coruo et cigno. Perdix sicut dicit ambro⁹ oua alterius ꝑdicis rapit ⁊ furat'. S₃ pulli ꝓcreati stati advocē matris reliquūt falsā nutricē ⁊ sequūt' matrē. Sic qcq̄d ē iiuste acq̄situ ⁊ illicite ē furtiuū. ꝯueit g̊ ꝙ mercator ꝑ viā vsure vel aliā ꝯuētionē iiustā emit t'ras reddit⁹ ⁊ māmona q̄ alii ꝑcurauerūt ⁊ occupāt ad tempus. sed certe p⁹ mortē suā oia ab eo ⁊ heredib⁹ suis r̄cedūt vt cōit' qa de male q̄sitis vix gaud₃ terti⁹ heres. De talib⁹ dr̄ Ihere. xvii. Perdix fouet q̄ non peperit. fouet ditias ⁊ ñ i iudicio. 2° ꝯpāt' coruo. Coru⁹ furat' qcq̄d pōt deportare ⁊ abscōdit et credit se illd alias inuētuꝝ. Et veniūt bestie ⁊ cōedūt si est

cib⁹. Sic multi de istis mercatorib⁹ auarissimi sūt ꝛ pessīe viuūt ꝛ qcqd possūt lucrari abscōdūt ī archa donec moriāť ꝛ totū cedit ad ma⁹alioꝝ Tertio cōpāť cigno qui suauissime canit ī minēte morte ꝛ iō a canēdo cign⁹ appellať. ſm ysido.xii.ethi.c.vii Sic auar⁹ nūq̄ dulcit caīt nisi īminēte morte qn̄ cōdit testamētū et incipit disperge re q̄ pri⁹ ꝯgregauit. Vn̄ Seneca Auar⁹ nihil boni facit nisi cū moriť Tertiū gn̄⁹ hoīm sunt prelati eccīe. Et isti cōparāť aqle. Hab3 eī aqla sicut dicit ī libro de natur̄ reꝝ dextrū pedē maiorē sinistro: diligētissime nutrit pullos suos imo corp⁹ suū interponit inť eos et sagittariū ad defēdēdū eos. Capta preda ē ita liberalis ꝙ ambus assistentib⁹ curialiter imptitur. Sic moraliter p̄lati l3 hēant duos pedes. i. duas affectiones vnā ad aīas eoꝝ cure ꝯmissas aliā ad decias q̄ ē q̄i pes sinister. tamē 3el⁹ aīarū qui ē dexť pes. ē longe alio pede maior p dei grā3. vn̄ illa ē cā q̄re clerici placitāt ī curiis p eccl̄is nō pro decis et oblatōib⁹ sed pro ouib⁹ xp̄i tuēdis q̄ꝝ 3elū maxi3 hn̄t. Scd̄o se inter pullos suos. i. prochianos ꝛ sagittariū militē. videlicet tyrānū iniustū inťponūt nō sustinēt eos iiuste pati pro q̄to eoꝝ suppetit facultati Et tertō p̄dā suam. i. bōa eccīe curialiť imparciūť in elemosinis vicinis īdigētib⁹. vt xp̄s loq̄ns prochiaīs eoꝝ dicē possit illđ exodi. xix Vos ipsi vidistis quō portauerim vos sr̄ alas aqlaꝝ ꝛ assūpserim michi S3 timēdū ē ne q̄dā eoꝝ sint strutioēs q̄dā bubōes ꝛ q̄dā vultures. Strutioēs hn̄t pēnas sicut falcones. Iob. xxxix. Pēna strutioīs siḿis ē pēnis herodii et accipitr̄. Herodi⁹ ē gē⁹ falcoīs. vn̄ strucio h3 pēnas ꝛ n̄volat a terra. Ita q̄da3 p̄lati hn̄t p̄bēdas ꝛ dignitates ꝛ sciā3 ꝛ tn̄ sp occupāť ī ťrenis Bubōes diligūt eccliā3 ppť oleū Vn̄ extinguūt lumen ꝛ cōsumūt. Ita q̄dā ecciastici lumē sciētie extīguūt et pinguedinē eccīe cōedunt. Vultures pullos suos in sūma macie custodiunt. Ita quidā parrochianos ī sūma paupertate retinēt p placitationes. nunc in curia ecclesiastica nunc in curia laycali per iniustas exactiones ꝛ iusitatas extorsiones nec in eis augeri pmittūt vł pinguedinē grē vel substantie secłaris. et tales prelati semitā christi ignorāt oīo. Iob. xxviii Semitam ignorauit auis nec intuitus est eā ocul⁹ vulturis Quartū genus hominū sunt predicatores ꝛ hi debēt esse galli predicando. Iob. xxiiii. Calādrii confessando et grues preuolando. Iob. xxxviii. Quis posuit in visceribus hominis sapientiā: vel quis dedit gallo intelligentiā. Gallus annūtiat horas noctis. excitat hoīes a sopore. Sic predicatores p̄us debent penitētie opib⁹ macerari. Debēt secūdo esse calandri in confessando. Dicitur in li. de naturis reꝝ ꝙ Calādr⁹ ē auis alba q̄ si infirmū respiciat infirmitate3 aufert. Sic ꝯfessores īfirmos respicere debēt. ꝙ pctā deleāt. Et tertio sicut grues p̄uolādo et ondēdo viā. S3 tiendū ē ꝙ q̄dā sūt siḿes psitaco ī adulādo. quidā grifalconi indignādo. q̄dā gallinacii educādo Psitacus naturaliter salutat quasi voce humana. Et ideo significat adulatorem. quod confessoribus loco confessionum maxime est periculosum. Grifalco si primo ictu predam non capit: indignatur. nec ad reclinatorium redit. Sic quidam cōfessores de peccatore recidiuante. qa nō capiunt eum primo ictu īdignantes de-

sperãt. qđ nullo mõ est faciẽdũ. Gall⁹ gallinaci⁹ si sub vẽtre deplumaret̃. et vrticis verberetur fouet pullos more galline. In hoc tamen est differẽtia ꝙ gallina hoc facit naturalit̃ ꝓpt̃ cõmodũ pullorꝝ. Gallinaci⁹ vero effigiatiue et propter cõmodũ ꝓpriũ. qa pl⁹ boni a pullis recipit q̃ pullis ĩpedit. Sic nõnulli p̄dicatores fouent filios spũales eis cõfessos propter bonũ tpale qđ ab eis intendũt recipe. nõ propt̃ zelũ aĩarum. Et sũt matres effectu poci⁹ q̃ affectu. Sũt enĩ paupes deplumati. ⁊ iõ pullis insidẽt vt nõ ab ip̄is pulli. sꝫ ip̄i a pullis poci⁹ calefiãt q pro tpali ypocrisi merebunt̃ tribulatõe ꝑpetua coronari Isaie. xxii. Ecce dñs asportare te faciet sicut gall⁹ gallinaci⁹ asportat̃ ⁊ quasi amictũ sic subleuabit te. Coronans coronabit te tribulatione.

LECTIO. LXVI.

a Vt tanq̃ sagitta emissa in locuꝫ destinatũ diuis⁹ aer in septinuo reclusus est vt ignoret̃ trãsitus illius.

In ista ꝑte ponit̃ qntũ exẽplũ quo terrena felicitas cõparat̃ sagitte festinãti ad t̃minũ. Et circa hoc duo facit. Primo ponit exẽplũ Scđo applicatur ad propositũ. Scđa ps ibi. Sic ⁊ nos nati. Exẽplũ est manifestũ sicut lr̃a ꝑtẽdit: qa sicut sagitta emissa ab arcu velocissime transit versus metã. Ita nos missi sum⁹ vt per mundũ trãseam⁹ ad mortẽ. Quãuis ista qnq̧ exẽpla qbus mũdana felicitas cõparat̃ videlꝫ vmbra euanescẽs. nunci⁹ p̄currens. nauis trãsfretãs. auis trãsmigrãs et sagitta penetrãs satis declarẽt tẽporalis prosperitatis velocitatẽ habẽt tñ singula exempla suas proprietates designatiuas maliciarꝝ quas diuersi mũdani exercent. Nã per vmbrã designat̃ vanitas lascinie Per nũciũ fatuitas hũane prudẽtie. Per nauẽ instabilitas auaricie. Per auẽ sublimitas sᵘpbie. Et per sagittã dolositas malicie figurat̃. Est ergo notãdũ ꝙ sicut sagitta velocissĩe trãsit: tamẽ nescit quo vadat. qa aliqñ infigit̃ luto. Aliqñ repcutit̃ in petra. Ita miseri in hac vita qui diabolo seruiũt sũt quasi sagitte sue ⁊ mittũt̃ ab eo ad certas malicias ad ĩplẽdas sicut sibi placet. Et sicut diuisus aer in se cõtinuo reclusus est. Ita multitudo ꝑplĩ siue in regno siue in patria siue in ciuitate subtracto vno hoĩe malo q perturbauit totã patriã. statim recõciliat̃ vna m̃ltitudo. vna patria siue ꝓuĩcia. sicut prius. Et cũ ipse putaret ꝙ ab eo subtracto p̄ria dissolueret̃ vel ciuitas tanta erit vnitas post euꝫ et cõcordia. ipso in inferno dimerso sicut ante. Et hoc est qđ dicit. Diuisus aer in se continuo reclusus est. vt ignoraret̃ trãsitus illi⁹. Quia in ista lectione hõ maliciosus cõparat̃ sagitte. A Notãdũ ꝙ diabol⁹ hẽt arc⁹ ⁊ sagittas ad nocendũ et xp̄us arcus et sagittas cõsili'ter ad regẽdũ. Habet enĩ diabol⁹ tres malos arc⁹. quib⁹ vtit̃ cõtra scõs. Arcum carnalis ꝯcupiẽ. Arcũ fraternal' ĩuidẽtie. ⁊ arcũ mũdialis cõscie De arcu carnalis cõcupiẽ ꝓcedit mala mulier vaga ingeta et ĩpatiẽs ꝑparata ad capiẽdas aĩmas. Sicut dicit̃ ꝓuer. vii. qua capit̃ et vulnerat̃ vecors iuuenis de quo ibidẽ subdit̃ ꝙ sequtur eã quasi bos ductus ad victimã ⁊ ignorat ꝙ ad vincl'a stult⁹ trahatur dõec sagitta trãsfigat cor ei⁹. Ista est pẽnata ꝑ ornatuꝫ curiosũ Ferrata per aĩm maliciosum Inflãmata per amorẽ libidinosũ. Vnde cupido fili⁹ veneris dicebatur q cũ sagittis et facula pigebatur. qa amor

carnalis vulnerat et inflāmat. Cū ista sagitta fuit vulnerat⁹ dauid in aspectu bersabee cū ꝑspiceret eā se lauātē. ii. Re.xi. Ista sagitta abscōdit̄ in pharetra q̄ diu se occultat in camera Arcus tēditur qn̄ cū puersa intētōe ornamētis cōponit̄. Sed sagitta emittit̄ qn̄ ipsa in publicū ꝑgredit̄. Et iō sic̄ piculosū est hoībus nō armatꝭ inter sagittas volātes incedere Ita piculosū est iuuenibus nō habituatꝭ in v̄tutib⁹ ꝛ solidis morib⁹ int̄ ml̄ierculaꝝ frequētias cōuersari. S; q hītat in adiutorio altissimi in ꝓtectōne dei celi cōmorabit̄. Et talis nō timebit a sagitta volāte in die a negocio pambulāte i tenebris. sicut dicit p̄s. Scđus arc⁹ diaboli est f̄rnalis īuidētie de q̄ ꝓcedit sagitta detractionis pestifere de q̄libet dicit p̄s. Prepauerūt sagittas suas in pharetra vt sagittēt in obscuro re.cor. Et bn̄ dicit in obscuro. qa diabol⁹ isto arcu nō vtitur nisi in obscuro. Et sicut bon⁹ sagittarius nō electas suas sagittas mittit ꝯtra lapides. vbi repcutiūt̄ et frāgūtur. Ita nec diabol⁹ verba detractōnis eicit ad aures scōrū viroꝝ q in v̄bis taliū non delectātur. Vn̄ Ihero. in ep̄la ad rusticū monachū. Sicut inqt sagitta si mittatur ꝯtra durā mat̄iā nōnūq̄ imitētē reuerti t̄. ꝛ vulnerat vulnerātē. Ita detractor cū tristē viderit faciē audiētis imo nō audiētis s; obturātis aures suas. ne. au. s. ilico. ꝯticessit pallet vultus herēt labia. saliua siccatur. hec ihero. Idē Ihero. Nēo inuito auditori libēter refert. Sagitta in lapide nūq̄ ifigit̄ et int̄dū resiliēs pcutit dirigētē. Hec est sagitta dolorosa q̄ sil' tres occidit. Sic dicit Bern. detrahētē: audiētē ꝛ absentē. Ihe.ix. Sagitta vulnerās lingua eorū dolū locuta ē. Terti⁹ arc⁹ diaboli ē arc⁹ mūdial' cōscie. de q̄ ꝓcedit sagitta maliciose ꝯspiratōis falsaꝝ sugestionū ꝛ ad iuētōes accusationū ꝯtra inocētes. ꝓuer.xxv. Sagitta acuta hō q loq tur ꝯtra ꝓximū suū falsū testioniū Isti figurāt̄ p illos sagittarios q vtraq; manu fūdis saxa iacebāt ꝛ sagitta sil' it̄ Sicut dr̄ ꝑ. Paralip.xii. Ita isti eq̄ bn̄ formāt accusatōes ꝛ actōes iiuste sic̄ iuste ita libēt̄ ꝯ inocētē sicut ꝯ nocētē vl' pseq̄tē Vn̄ ꝯq̄rit̄ eccl'a i ꝑsōa iusti. Tre. iii. Tetēdit arcū suū ꝛ posuit me quasi signū ad sagittā. misit in renib⁹ meis figuras pharetre sue. Isti sūt arc⁹ diaboli et sagitte. Per opositū Xp̄s h; triplicē arcū ꝛ tria gn̄a sagittarū. Arcus p̄m⁹ ē lux scripture. Scđs mors nature. Et t̄ti⁹ lex cēsure de arcu scripture ꝓcedit p̄dicator v̄bi dei. De q̄ ysaie xlix. Posuit me sicut sagittā electā Sagittari⁹ xp̄s ē ꝛ ei⁹ sagitte p̄ncipio fuerūt ap̄li pēnati p v̄tutes. Vn̄ habuer̄t tres pēnas q̄ notāt̄. ꝑ. Cori.xii. Fides spes caritas Tria hec isti fuer̄t ferrati p ꝯstātiā ꝛ iflāmati igne sp̄ūsc̄i. Iuxta illđ p̄s. Sagittas suas ar. effe. Et iterū Sagitte potētꝭ acute cū car. desola. S; si sagitta sit nimis onerata t̄ra vl' luto nūq̄ bn̄ volabit. isto mō qdā q deberēt eē sagitte xp̄i i actu p̄dicādi sūt nimis onerati t̄renis ita ꝙ volare n̄ pn̄t Q uidā carēt pēnis q l; sciā; hn̄t eminētia vite carēt Et notandū ē ꝙ nisi p̄ncipal' sagittari⁹ manū appōat ad arcū. arc⁹ n̄ bn̄ emittet sagittā Vn̄ legim⁹. iiii. re. xiii. ꝙ Ioas rex isr̄l petitur⁹ cōsiliū de Elizeo īfirmato. accessit ad eū dicēs. Pr̄ mi pr̄ mi. Curr⁹ isr̄l ꝛc̄. Et dixit elizeus. Affer arcū et sagittas. Et posuit rex manū sup̄ arcū: ꝛ elize⁹ manū suā sup̄ manū regis ꝛ dixit Sagitta salutis dn̄i ꝛ sagitta salutꝭ ꝯ siriā. Siria intpre

tatur sublimis: man⁹ xpi grã supposi-
ta manu p̃dicatorꝝ. Nota de Cleonino
atheniẽsi Sextũ iuliũ. stratag. li. 3. c. vi
Scd's arc⁹ xpi ẽ mors nature d̃ q̃ egre
dit̃ sagitta pẽalitat̃ ⁊ ĩfirmitat̃ In p̃s.
Sagitte tue ĩfixe st̃ mihi ⁊ nõ ⁊c̃. Et lo
quit̃ de pẽalitatib⁹ ꝯseq̃ntib⁹ pctm̃ ori
ginale. Iste arc⁹ pcutit añ nos cũ ĩnt̃fi
cit ãtiq̃ores noƀ retro nos cũ ĩnt̃ficit ⁊
pcutit iuniores iux̃ nos: aufert noƀ ĩ
etate pares sup̃ nos cũ potẽtiores sub
tus nos. cũ ĩferiores In p̃s. Emitte sa
gittas tuas ⁊ ꝯturbaƀ eos Terti⁹ ar
c⁹ xpi ẽ lex cẽsure ĩ futuro iudicio a q̃
egrediet̃ illa acutissĩa sagitta sñie dif
finitiue. Vẽite bñdicti p̃ris mei pci-
pite regnũ q̃d voƀ patũ ẽ ab ĩitio mũ-
di ⁊ Ite maledicti ĩ ĩgnẽ et̃nũ q̃ diabo-
lo parat⁹ ẽ ⁊ an. suis. De isto arcu dr̃. ĩ
p̃s. Dedisti metuẽtib⁹ te significatiõe3
vt fugiãt a facie arc⁹. Et tũc de malis
ad ĩplebit̃ ill d̃. Deu. xxxii. Cõgrega-
bo sup̃ eos mala ⁊ sagittas meas cõple
bo ĩ eis. Iste arc⁹ q̃to diuti⁹ exspectat ⁊
magis ĩtẽdit̃. tãto grau⁹ vulnerabit.
Vñ tũc adĩplebit̃ ill d̃ Eze. v. Mittã ĩ
eos sagittas meas pessĩas q̃ mortife-
re erũt vt disp̃gã eos. Et Ihere. l. Sa-
gitta ei⁹ quasi viri ĩnt̃fectores nõ re-
uertet̃ vacua Mouetur q̃stio. Vtrꝝ li
citũ sit ⁊ meritoriũ alicui xpiano. ali-
quẽ ĩfidelẽ sicut paganũ ĩuadẽdo p vi
occidẽ ꝙ nõ: qa de⁹ nõ vult mortẽ pec
catorꝝ s3 vt cõuertat̃ ⁊ viuat S3 p⁹ mortẽ
corpis nõ ẽ alia cõuersio pctõrꝝ nisi cor
pus eẽt miracl'ose restitutũ ⁊ resuscita
tũ. Ergo talẽ morti tradẽ nõ ẽ cõsonũ
diñe bonitati. Itẽ nõ l3 eos occidẽ p
q̃b⁹ tenet̃ eccl'a orare specialit̃. s3 eccl'a
ĩn die pasceues specialit̃ p talib⁹ orat.
g̃ nõ l3 eos occidẽ. Itẽ de⁹ ẽ nũc ita mi
ficors sicut fuit tp̃e sue passiõis ⁊ pa-
gani nõ deliquũt cõtra deũ nec deliq̃-
rũt pl⁹ q̃ iudei q̃ eũ morti tradidert̃. s3
de⁹ p illis patrẽ exorauit. Et petrũ qa
vnũ ex his pcussit ĩcrepauit vel saltem
eũ a tali fctõ cessare voluit dicẽs. Oĩs
q̃ gladio pcutit: gladio peribit. Et loq̃
baẗ ibi. de gladio materiali. g̃ nõ lic3
gladio mat̃iali contra tales pugnare:
sed tm̃ gladio sp̃uali q̃ est v̓bũ dei. Itẽ
Aristo. in quadã ep̃la ad alexãdrũ sic
dicit. O alexãder Noli sãguĩe3 effũdẽ
qa quotiẽs creatura creaturã occidit.
v̓tutes celoꝝ mouẽtur ad diuinã vin-
dictã Item ad hebreos vndecio Mihi
vindictã ⁊ ego retribuã Itẽ Deutrono-
mii. xxxii. Ego occidã ⁊ ego viuere fa
ciã. Itẽ malũ xpianũ qui cõtra oĩa
dei p̃cepta est trãsgressus. nõ l3 occidẽ
Sed talis est p̃ditor cõtra deũ ⁊ per
ꝯseq̃ns meruit offẽsã dei plus q̃ vnus
pagan⁹ qui se secte nr̃e nũq̃ obligãdo
restrinxit. Itẽ tales credere nõ possũt
nisi deus auferat sua pietate velamen
a cordib⁹ eorũ quo velati sũt. ne lumẽ
veritatis pticipẽt: sed hoc nõ est in po
testate eorũ. Iterũ forte ml'ti eoꝝ sũt
qui si haberẽt instructorẽ in fide vel-
lent credere. Cũ ergo non sit in ptãte
taliũ pauperũ. ꝙ tales ĩstructores ha-
beãt p̃pt̃ ptãtẽ p̃ncipũ suorũ. Videt̃
ꝙ taliũ error est eis ĩuĩcibilis. Vñ vt
videt̃ p̃pt̃ talẽ errorẽ nõ l3 eos occidẽ
Itẽ oĩs effect⁹ ẽ bon⁹ p̃pter bonũ finẽ
Sed finis ibi p̃ncipalit̃ est intẽt⁹ eorũ
ꝯuersio ad fidẽ nr̃a3. s3 ad hoc faciẽdũ
nõ p̃nt cogi: qa nẽo accedit ad deũ ni-
si per fidẽ s3 credere nõ põt q̃s nisi vo
lens. ergo ⁊c̃. Ad oppositũ. Isti pa-
gani vi et armis iniuste occupãt terrã
repromissiõis q̃ t̃ra a deo p̃mittebat̃
abrahe ⁊ semini ei⁹. Cui⁹ ex fide nos
sum⁹ filii specialit̃ rõe baptismi q̃ re-

spondet circumscisione in lege moysi. Ergo licitū est cū talib⁹ armis. s. materialib⁹ iuste oī usu ꝓ pria nobis ꝑmissa pugnare cū armis ipi iiuste nitunt̄ cōtra nos resistere qa licitū est ꝓ pria pugnare ꝛ vim vi repellere cū moderamine saltē iculpate tutele ꝛ sic iiustū occupatorē nr̄e patrie expellere Vel si credere n̄ voluerit eū iuadēdo morti tradere in quo casu qui sic iiuste resistit videt̄ eē causa sue mortis. Exemplū de adultero spōsā alicui⁹ mariti in domo eiusdē mariti occupātē ꝛ ipi merito vi ꝛ armis resistēte ꝛ fugere nōvolente. In quo casu si marit⁹ adulteru3 occidit nō videt̄ eē re⁹ mortis. Itē talis effect⁹ est licit⁹ respectu cui⁹ votu3 est licitū. S3 votū respectu talis effect⁹ qui est iimicos crucis xp̄i occidere est licitū fm eccl̄am militātē g̊ talis effectus est licit⁹. Itē ille effect⁹ videt̄ licit⁹ ꝓ quo a sūmo pōtifite plenissime idulgētie: sicut a culpa ꝛ a pena cōcedūtur. S3 cōtra paganos pugnaturis a sūmo pōtifice tales idulgētie cōcedūtnr. Ergo cōtra eos pugnare est licitū ꝛ meritoriū Itē ad eos expugnādū taxantur eccl̄e anglicane hoc volēte sūmo pōtifice g̊ videt̄ oīb⁹ rectorib⁹ eccl̄aꝝ anglie esse obediēdū ꝛ h̊ iuste in hac ꝑte qa oīa sua sūt. cū g̊ ipe colligat pn̄cipaliter ꝓpt̄ talē finē videt̄ ꝙ ipe finis sit licit⁹. Ad questionē dicēdū est ꝙ sic Tamē inter ifideles distictio est. Sūt eni aliq ifideles subiecti eccl̄e ꝛ cōfederati fidelib⁹ sicut serui dn̄is suis vt ab eis regātur et protegātur. Alii sūt infideles ꝛ rebelles eccl̄e ꝑsecutores xp̄ianoꝝ ꝛ isultātes doct̄ne xp̄iane. Secūdo distiguēdū est de iuasione Quia vel aliq̄ p̄uata ꝑsona h̊ p̄sumit sine auctoritate eccl̄e Tertio est notādū ꝙ

ifideliū varie sūt secte. Sūt eni qdam gētiles siue pagani qui nullā legē habēt nisi forte legē nature. Sūt etiā iudei sūt sarraceni. sūt ydolatre sūt heretici. Isti aūt ad fidē xp̄i diuersimode se habēt. Nā heretici cōpelli debēt ad fidē quā susceperūt. Sarraceni sūt tales qui p̄dicatores fidei non admittūt imo in lege eorū cautū est ꝙ qcūqꝫ p̄dicauerit cōtra legē Machameti occidatur. Et iō de eis nō est spes cōuersionis. Cū fides sit ex auditu. Auditus aūt per verbū dei. Ad Roma. x. Non eni est possibile docere vitā xp̄i nisi destruēdo ꝛ reprobādo legē Machameti Vn̄ isti p̄bēt sibiipsis obstaculū salutis. Loquēdo de ifidelib⁹ allegatis xp̄ianis vt ꝑmittant̄ ꝛ ꝓtegātur. Si tn̄ aliq sūt tales nō est licitū nec meritorium tales inuadere vi et armis cū sit ꝯtra fed⁹ initū ꝛ pacē eis ꝯcessā. Exemplū de gabaonitis. Iosue. ix. Legim⁹ qa p̄ncipes ppl̄i isrl̄ l3 decepti ꝑ dolu3 gabaonitaꝝ qa tūc iurauerīt eis. ꝙ eos nō inter̄ficerēt ꝑmiserīt eos viuē ꝛ eis s̄uitutē idixerīt. Sicut seqt̄ ibidē. Reseruēt̄ qdē ꝛ viuēt. ne ꝯtra nos ira dn̄i ꝯcitet̄. si peierauim⁹: s3 sic viuātvt i vsus vniuerse m̄ltitudis ligna cedāt: aq̄sqꝫ ꝯportēt ꝛc̄. Sic a m̄lto fortiori. Si aliq fideles licite ꝑmiserīt paganis tuitōe3 et dominiū ꝗuolūt ꝯuiuere sn̄ ꝯtumelia creatoris et maxie si sint in spe de cōuersione eoꝝ nō licet alios tales interficere. Sed hoc est ꝑ accidens Scd̄o de aliis ifidelib⁹ rebellib⁹ ecclesie ꝛ ꝑsecutorib⁹ fidei xp̄iane cuiuscūqꝫ fuerint conditionis licitum est christiano preueniente autoritate ecclesie vi ꝛ armis inuadere eos spoliare et interficere et eorū bona fidelibus applicare Exceptis duntaxat iudeis de quibus

estio ꝙ dato. ꝙ eccia posset eos occidē nō esset licitū qa eccia perittit eos viuere ꝑcipue qa cū itroierit plenitudo gētiū relique eoꝝ ꝯuertēt̄ ad fidē Sic dicit apl'ꝰ Ro.xi. ꝑdicāte enoch ⁊ helias s͡ꝫ glo. Et ysa.x. Relique isrl' salue fient. Vñ de eoꝝ ꝯuersiōe spes ē ꝑpt' ꝓphetiā ⁊ iō ñ debēt oīo deleri. Vñ dr̄ xxiii.q.viii. Dispar ei ē iudeoꝝ ⁊ sarracenoꝝ cā. In illos ei q xp̄ianos ꝑsequūt̄ ⁊ ex vrbibꝰ ⁊ ꝓpis sedibꝰ pellunt iuste pugnat̄ hi vo vbiq̄ fuire pati sūt Q̄d āt̄ ꝯ sarracenos ⁊ alios ifideles liceat auctoritate eccie suffragāte bellare ꝑsuadet̄ multiplr̄. Prīo sic. Licꝫ fidelibꝰ bōa eis debita ⁊ ab aliis iniuste detēta bellādo recupare. Sed sarracei ⁊ alii ifideles t̄ras occupāt et alia bōa q̄ fidelibꝰ sūt debita g̊ ⁊c̄. maior de se patet ⁊ rōe ⁊ ꝯsuetudīe approbat̄. minor oñdit̄ Nā sarraceni occupāt terrā sctāꝫ ⁊ q̄dā alia loca olim a xp̄ianis iuste possessa Itē de iure dīno oīa bōa tēporalia sūt iustoꝝ g̊ iiusti qcq̄d occupant iniuste occupāt. g̊ bona iiustorū sūt iustis debita. Sꝫ lꝫ iustis illđ qđ est eis debitū ꝑquirere bellādo. g̊ lꝫ iniustos ⁊ ifideles si nolīt ꝯuerti occidere. Itē sic in corpore naturali lꝫ et expedit mēbrū putridū abscidē ne mēbra seu partes sane corrūpāt̄. Ita in corpe christi mistico quod ē genꝰ humanuꝫ a christo redēptum. ergo rebelles et ifideles christianoꝝ corruptores licet occidere. et meritoriuꝫ est pro loco et tempore. imo peccatū est dissimilare nisi per accidēs impotentia vl' damnū aliud impediret. Itē licitū est per timorem inducē caritatē qa timor seruilis parat viā caritati secunduꝫ augꝰ. Sed quibusdā interfectis quibusdā captiuitatis residui timebūt ⁊ forsitā ex timore concipient caritatem ⁊ ita cōuertentur ad fidem. Item homo per peccatum peior efficitur q̄ bestia Sed propter bonum reipublice lꝫ bestias interficere ergo et malos peccatores. Exodi. vicesimosecundo. Maleficos non pacieris viuere. Helias homīes occidit David samuel. xxxiii.q. iiii. Si ea. Et.q.vi. Scismatici. Ad rationes in oppositum Auctoritas intelligitur de morte pene eterne quaꝫ deus non vult peccatori absolute. Sed tantum sub conditione si non peniteat. Et ista stāt simul. nolo sortē suspendi et tamen volo sortem suspendi si ē latro Eodē modo qui infideles expugnant non debent eorum mortē ꝑ se ⁊ principaliter ⁊ directe intendere. sed per accidens secundario et indirecte quia principaliter debent velle eorum conuersionem ad fidem. et secūdario eorum mortem si velint in eoꝝ malicia perseuerare et sic se confor̄abunt diuine voluntati Ad secundū ꝙ ecclia optat ꝙ fiant iusti ⁊ ideo pro eis orat. sed si nolint vult eorum malitiam abbreuiare per mortem Ad tertiū. quid est accipere gladiuꝫ exponit Augustinus videlicet auctoritate priuata sine superioris iudicio iubente vel permittente Vnde dicit libro secundo contra manicheos. et poītur in canone. xxiii.q.iiii. Ille gladium. Ille inquit gladium accipit qui nulla superiori ac legittima potestate vel iubente vl' ꝯcedēte in sāguinē alicuiꝰ armat̄ Dicendum a principio argumenti cōcedendo ꝙ deus ē ita misericors sicut vnq̄ fuit. hoc est potens facere miam ita volēs si hoīes se vnifor̄it̄ disponāt

Et φ ĩcrepauit petrũ de extractõe gladii fuit ꝓpt̃ circũstãtiã tp̃is sue passionis q̃a tũc nõ fuit tp̃s vtẽdi armis ⁊ gladio mat̃iali. Vñ fcm̃ petri reprobatũ nõ fuit ꝓpt̃ substãtiã fcti. φ null⁹ possit gladio mat̃iali vti iuste. sꝫ ꝓpt̃ circũstãtiã tp̃is. Ad quartũ de dicto Arist. ad alexãdrũ. Noli sãguinẽ effũdere. debet sic ĩtelligi Noli delectari ĩ effusione sãguis. sicut q̃dã puerse ꝯplexionis et crudelitate assueti delectant̃ effũdere sãguinẽ siue iuste siue iniuste Sꝫ xp̃ian⁹ debet effũdere sãguinẽ delectãdo de fine quẽ ĩtẽdit ĩ effũdẽdo. nõ de ip̃a occasiõe p se. Ad q̃ntũ de illis v̾bis dñi Deu. xxxii. Mea ẽ vltõ ⁊c̃. Que auctoritas allegat̃ ad hebre. xii sub his v̾bis. Mihi vindictã ⁊ ego retribuã. Dicẽdũ φ de⁹ retribuit vĩdictã aliq̃n per seipsũ. aliq̃n per sibi fuiẽtes

Ad sextũ q̃n arguit̃ de malo xp̃iano quẽ nullomõ lꝫ occidere sicut allegat̃. negãdũ est. Patet in latronib⁹ ꝓditorib⁹. hereticis et m̾ltis aliis sicut tota die videm⁹. Sꝫ verũ ẽ φ h̾ nõ licꝫ cuicũq; p̄sone. sꝫ mĩstris legis et auctoritate p̄ncipis siue legis. Ad septimũ q̃n arguit̃ φ tales nõ possũt credere nisi de⁹ ex sua pietate etc̃. ꝯcedẽdũ est. Sꝫ de⁹ parat⁹ ẽ auferre velamẽ q̃ncũq; volũt se disponere. Et iõ illd̾ velamẽ erit in eoꝝ p̄tãte. Illo mõ loquẽdi quo dicim⁹ φ h̾ possum⁹. q̃d p amicos possum⁹. Et isto mõ loquẽdi q̃ dicim⁹ q̃n hẽmus oc̃los clausos sole lucẽte φ possum⁹ videre q̃uis ad videndũ solis lumẽ req̄rat̃ aptio oc̃loꝝ. Ad octauũ dicẽdũ φ si q sint int̃ eos qui vellẽt credere sicut argumẽtũ allegat siue viuant. siue moriãtur de⁹ eos saluabit q̃uis de deo fidẽ explicitã ñ hñt nec baptismũ fluis: nec sãguis. Cõsimilit̃ dr̃ de q̃busdã hoĩb⁹. vbicũq; t̃rarũ ꝯmorãtibus q bñ lege nature vtũt̃ de⁹ de salute ip̃is ꝓuidebit. g̃raꝫ ĩfũdet si nõ p̄buerit obicẽ g̃re et in fine saluabit. q̃a de⁹ v̾tutẽ suã sacramẽtis nõ alligauit Vñ cõcedo φ hõ nũq̃ dãnabit̃ adult⁹ atq; vtẽs rõe. Q̃ nẽ error ĩuĩcibilis excusat si in illũ errorẽ incidit sñ culpa.

Ad nonũ φ finis p̄ncipalis ĩtẽtus eoꝝ est salus et cõuersio ad fidẽ. Sed finis secundari⁹ est extirpatio. Vñ si voluerit credẽ nõ int̃ficiet̃. Sic finis p̄ncipalit̃ intẽt⁹ medico: est sanare si possit pedẽ putridũ. Et scdo ĩtẽdit si h̾ nõ possit: pedẽ abscindẽ. Et q̃n dr̃ φ ñ sũt cogẽdi ad fidẽ. Dicẽdo ꝓprie loq̃ndo nõ possũt cogi ad fidẽ: possũt tamẽ cogi desistere a blasphemiis ⁊ aliis errorib⁹ possũt etiã cogi ad quasdã dispositiones p̄uias fidei. Siliter cũ bellatorib⁹ debẽt p̄dicatores assistere. vt ex vna pte alliciant̃. Et si assentire noluerint feriãt̃ Quia dictũ est respõdẽdo ad tertiũ argumẽtũ φ Petr⁹ gladiũ extraxit tp̃e passiõis xp̄i. dubiũ est se põt an ip̄e peccauerit h̾ faciendo. φ nõ Quia ex amore xp̄i h̾ fecit Vnde Ihero. Petr⁹ fecit h̾ eodẽ mẽtis ardore quo ⁊c̃. Raban⁹ etiã in hoc fcõ comparat eũ phinees. Sciebat ei φ Phinees puniẽdo sacrilegos mercedẽ iusticie et sacerdotii perhẽnis acceperat. Sed ad oppositũ est φ dñs eũ sup fctõ increpauit. ergo peccauit. Et preterea nec iudex fuit nec a iudice auctoritatem habuit. ergo puniẽdo licꝫ pctõrẽ. errauit. Dicẽdũ est φ peccauit excusatur tamẽ in parte propter ꝫelũ quo fecit. Sicut Moyses qui egyptiũ occidit Exodi. ii. Iste enĩ ꝫelauit pro dño suo Moyses ꝓ fratre suo. Et ideo si Moyses ꝓpter ꝫelũ quẽ habuit ad fratrẽ est

excusabilis aliq̄ mō de hōicidio egy-
ptii sine autoritate legis cōmisso mul
to forti⁹. Petrus qa duct⁹ zelo dn̄i sui
quē sciebat eē deū excusād⁹ est Vnde
aug⁹. xxii. ꝯtra faustū de moyse ⁊ pe-
tro in hoc casu loquēs ait. Vterqꝫ nō
detestabili imanitate et nō emēdabili
aīositate iusticie regulā excessit vter-
qꝫ eni odio iprobitatis aliene: sed ille
fraterno. ille dn̄ico licꝫ adhuc carnali
amore peccauit. Hec aug. Ad p̄mū di
cēdū ꝙ amor ille fuit carnalis. ⁊ ideo
petrū non excusauit. Eodē eni amore
mot⁹ dissuasit xp̄o alias: ne pateretur
ꝑpt̄ qd dn̄s eū icrepādo sathā appella
uit. Mathei. xvi. Ad scd̄ꝫ de dicto Ra
bani nō sil'is fuit phinees zelo discreto
petr⁹ zelo ipetuoso maxie ī p̄ntia ma
gistri sine cui⁹ iperio nihil debebat fe
cisse. Sil'iter phinees fuit sacerdos ad
quē ptinebat punitio pctōrū in veteri
lege. Et sil'iter Mathatias q trucida-
uit ydolatrā sup arā. p̄mi Macha. ii.
Sꝫ ꝯtra adhuc iexcusatione petri ar
guit̄ ꝙ xp̄s p̄ceperat ante: ꝙ q nō ha-
beret gladiuꝫ vendēdo tunicā emeret
gladiū Et rn̄derūt ꝙ duos haberēt in
prōptu Et dicit xp̄s ꝙ suffecit Ad istđ
rn̄det Aug. xii. ꝯtra Faustū. Vtiqꝫ do
min⁹ iusserat vt ferrū discipl'i ei⁹ fer-
rēt. Sꝫ nō iusserat vt ferirēt qa nec ad
hoc ferre p̄cepit: nec erāt q gladiis vti
potuissēt nec vsqꝫ tūc de emēdis gladi
is p̄ceptū dedisset qa ſm Lucā iussit h̄
post cenā qn̄ iā oportune eni nō pos-
sent. Sꝫ voluit p illđ v̄bū ondere ꝙ tp̄s
sue passiōis iminebat. vbi gladioꝝ fu
isset necessitas si se defēdere voluisset
sicut noluit. Ad lr̄aꝫ dici pōt ꝙ qdā
de discipl'is q magis aīosi fuerūt sicut
petr⁹: cū frequēt̄ audissēt ꝙ tradēdus
erat in man⁹ pctōꝝ. de gladiis sibi ꝓ-
uiderūt vt si forte op⁹ eēt mgr̄ꝫ suū de
fēderēt. mō xp̄s h̄ noluit. et iō petrus
gladio ꝑcutiens: peccauit. qa volūtatē
dn̄i sui nō inqsiuit. et iō lꝫ excuset̄ ali
quo mō. videlꝫ inquātū fecit hoc ꝑpt̄
zelū magni amoris quē hēbat ad ma
gistrū suū dn̄ꝫ nr̄ꝫ iesū xp̄ꝫ tn̄ nō excu
sat̄ a toto. imo ſm doctores ipe pecca
uit. Et sicut docet aug. libro p̄allegato
Istđ fuit signū ꝓbitatis future in pe-
tro et magni ei⁹ zeli ꝑ ecc̄a. lꝫ zel⁹ fue
rit idiscret⁹. Sꝫ si ꝓ excusatōe bt̄i petri
adhuc replicaret̄. Q đ licētiā postula-
uit dicēs dn̄e. Si ꝑcutim⁹ i gladio Lu.
xxii. Dicat̄ ꝙ ꝑpt̄ zeli ipetuositatē nō
expectat licētiā. Nā nō sp̄ sufficit peti-
ta nō obtēta licētia. LE. LXVII.
f Ic⁊ nos nati cōtinuo desinim⁹ es
se. et v̄tutis qdē nullū signū va-
luim⁹ ondere. In malignitate aūt no-
stra cōsūpti sum⁹. Posita reprobati
one terrene felicitat̄ p exēpla. Hic po
nit̄ adoptatio p v̄ba plana. Dicēt eni
mali contēplātes vitā suā trāsactā sine
fructu sicut vmbra que euanescit. sicut
nūci⁹ q ꝑcessit. sicut nauis trāsfretās. ⁊
sicut auis trāsuolās. ⁊ sicut sagitta ae-
rē penetrās. Sic⁊ nos nati ꝯtinuo desi
nim⁹ eē. A Hō eni nat⁹ stati cū in
cipit viuē etiā icipit mori. cui⁹ viuē ē
a vita trāsire. Vn̄ Aug. xiii. de. ci. dei
ca. ix. Ex quo qsqꝫ in isto corpe mori-
turus eē cepit: sp̄ i eo agit̄ vt mors ve
niat. Hoc eni agit ei⁹ mutabilitas toto
tp̄e vite hui⁹ si tn̄ vita dicēda ē vt vēia
tur in mortē. Nēo qppe ē qn ei⁹ mors
post ānū fit ꝓpingor q̄ ei an̄ ānū fuit⁊
cras q̄ hodie. ⁊ hodie q̄ heri. Et paulo
post q̄ nūc⁊ nūc q̄ paulo an̄ Q m̄ qcqd
cras de tp̄e viuit̄. h̄ de ipo spacio viuē-
di demit̄ ⁊ etiā q̄tidie fit mi⁹ minusqꝫ
qđ restat vt⁊ oīno nihil aliđ sit tp̄s vite

hui⁹ q̄ cursus ad morte. Vñ sene. ep̄. lix. fm librū nr̄3. Quotidie morimur q̄tidie ei demit̄ aliq̄ psvite₹ tūc quoq₃ cū crescim⁹vita decrescit. Infātiā ami simus. deinde puericiā: deinde adole scētiā vsq₃ ad seniū. Quicqd trāsit tp̄is periit hūc ip̄3 quē agim⁹ diē cū morte diuidim⁹ Nō solū āt fatebūt̄ se fuisse dū vixerī moriētes cōtinue naturalit̄ s3 et delinquētes moralit̄ Vñ subdūt Et v̄tutis qdē nullū signū valuim⁹ oñ dere: stāte videl3 malicia quā amaui- mus Sicut dicit̄ de ligato ꝙ nō potest ābulare. et tamē si soluat̄ potēs est ad ābulādū Eodē mō pctór dū ligat̄ pctō ad op⁹ v̄tutis nōvalet. s3 illa iualitudo eū nō excusat qa ipse est sibiipsi causa talis illiciate ipotētie vt dicit Anselm⁹ li. p̄. Cur de⁹ hō. c. xxiiii. Et iōꝯcludūt flebilē cōclusionē. In malignitate nr̄a ꝯsūpti sum⁹. Ecōuerso ē de iustis in q̄ bus etiā si peccēt ₹ fiāt maligni: ip̄a tñ malignitas in eis cōsumit̄ per pniā3 ₹ mia3 diñā Treno. iii. a Mia do- mini ꝙ nō sum⁹ cōsūpti. Virtutis qui dē nullū signū valuim⁹ ostēdē. No ta ꝙ sūt tria signa virtutis in opatiōe hūana. Si eni hō opat̄ facilit̄ delectat̄ et ꝑseuerāter. Primo cū sit virt⁹ circa difficile opari tamē facilit̄ circa diffi cile: signū euidens est magne v̄tutis. Scd3 signū ē delectabilit̄ opari nō cū murmure: nō cū excusatiōe. nō cū te- dio Vnde Aris. ii. ethi. dicit ꝙ signū habētis habitū est supueniēs delecta- tio. Et iō de scīs dicit̄ in p̄s. ꝙ ibūt de v̄tute in v̄tutē delectabilit̄. Tertiū si- gnū est operari bona ꝑseuerāter Vñ de Caleph dicitur Ecci. xlvi. Vsq₃ ad senectutē ꝑmāsit illi virt⁹: ₹ de aposto lis actuū. iiii. Virtute magna redde- bant apostoli testimoniū domini no- stri iesu xp̄i. Ista sūt vera tria signa v̄- tutis que nullus malus pōt ostēdere. Sed sūt quedā falsa signavirtutis que mali possūt. Est eni honor signū v̄tu tis scdm Arist. iiii. ethicoꝝ. Vñ q ho norat aliū signū facit eū esse virtuosū Sed certe istud signū est falsū: qa fre- quēter honorātur qui parū valent. Si militer dignitates et dominiū tp̄ale ₹ ꝑlationes et officia signa sūtvirtutis. Sed frequenter fallūt in p̄s. Posuit in egypto signa sua. Egypt⁹ interpretat̄ tenebra et in tenebrosis ponunt̄ fre- quēter illa signa. Nota ꝙ delectabilit̄ et v̄tuose debem⁹ insistere opib⁹ v̄tu osis. Vnde glo. sup illud p̄s. In custo diēdis illis retributio mlta. Nō tñ ꝑ eis i futuro r̄ddet̄ ꝑmiū: s3 hic i eoꝝ custodia magnū est gaudiū. Cui⁹ gau dii ratio est talis. Virtus consistit in medio. Sicut dicit̄. ii. ethicoꝝ. Et na- tura semper delectat̄ de mediis sicut per extrema corrumpit̄. Visus dele ctat in viridi qui est medi⁹color inter albū et nigrū Tactus in tepido qui ab excessiue calido ₹ frigido corrūpitur. Similiter naturalit̄ mulier gaudet cū peperit filiū. Si bufonē siue mōstrum aliquod peperisset mirabilit̄ tristaret̄ qa foret cōtra naturā. Sic et aīa ratio nalis quādo ꝑfert opusviciosum siue peccatū: valde debet tristari qa contra naturā ratiōis quasi mōstrū est: s3 quā do v̄tuosū opus ꝑfert cū difficultate ₹ labore maxime gaudere debet. Ioh. xvi. Mulier cum parit tristiciā habet qa venit hora ei⁹: cū aūt peperit filiū nō meminit ꝑssure ei⁹ ꝑpter gaudiū. Gaudiū aūtv̄tutis quadruplicit̄ gau- diū mūdi excedit. Cōtinuitate purita te: dignitate et salubritate. Cōtinuita- te quia puer. xv. Secura mēs q̄si iuge

couiuiū. Hō carnalis nō sp sedȝ ad mē sā corporalē. sed hō v̄tuos⁹ sp ē i mēsa delectatōis sue. Phil. iiii. Gaudete in dn̄o iteꝝ dico gaudete. Et p oppoituȝ Iob. xx. Gaudium ypocrite ad instar puncti. Secundo precellit puritate Dulcedo felicitatꝭ mūdane mixta est multꝭ amaritudinib⁹ ⁊ hoc facit deus sicut nutrix amaꝝ poit circa mamillā qn̄ vult pueꝝ ablactare Aug⁹. viii. cōfessionū. c. ii. Tu sēp aderas misericordit̄ seuiēs ⁊ amarissimis ꝯfusionib⁹ aspergēs oēs illicitas iocunditates meas. Ita vt qrerem sine offēsione iocūdari ⁊ vbi hoc possē nō iueni. Nūqd ꝑpt̄ te dn̄e q fingis laborē i p̄cepto et p̄cutꝭ vt sanes et occidis vt moueamur abs te? Idē. vi. li. in fie. Ve aie audaci que sperauit se meli⁹ habere si a te recesserit. Versa et reuersa in dorsuȝ et ivētrē in latera. dura sūt hec oīa tu solus requies Tertio in dignitate p̄cellit qa nō dat̄ nisi sc̄tis et dei aīcis Temporalia et naturalia dat̄ bonis ⁊ malis ⁊ frequēt̄ habūdāti⁹ malis. Vn̄ aug. i. de ci. dei. c. iii. Ista t̄palia bōa et mala volunt de⁹ bois ⁊ malis eē cōmunia vt nec bōa cupidi⁹ apetāt̄. q mali q̄ ꝙ habere cernūt̄. nec mala turpit̄ euitēt̄ qb⁹ ⁊ boni plurimū ꝙ afficiūt̄ Vn̄ patet ꝙ gaudiū de v̄tute precellit dignitate. Iteꝝ pȝ illꝺ qa gaudiū v̄tutis ē in illis de qb⁹ dignū ē gaudere sicut dicit glo. sup illud. ad gala. v. Fruct⁹ spūs est caritas gaudiū. Et p oppositū prouer. iii. Stultoꝝ exultatio ignominia. puer. ii. Letāt̄ cū male fecerit ⁊ exultant in reb⁹ pessimis. Vn̄ aug. Quid est mūdi gaudiū? breuiter dico. Seculi leticia ē impūita neqtia. s. luxuriari in spectaculis. ebrietate ingurgitari. turpitudine fetere. et nichil male pati. Hoc gaudiū peius ē dolore. Peius enim ē gaudere de īiqtate q̄ dolere de corruptione. Quarto gaudiū v̄tutis precellit gaudiū mundi in salubritate facit enim mūdū contēnere et de diabolo triūphare. Vnde in vitas patrū dixit anthonius. Vnica ratō vīcēdi īimicū est leticia spūalis. Vnde sicut dicitur. Eccī. xxx. Iocūditas cordis hec ē vita hoīs et thesaur⁹ sine defectiōe sanctitatis. Vn̄ i libro de spiritu et aīa. Virtus sic describitur Virtus est habit⁹ mētꝭ bene īstitute ad modū regni qꝺ bn̄ ē institutū si recte ī eo cōsulatur. recte in eo precipiat̄. et recte obediatur Isto mō mēs bene instituta est cum ratio recte consulit. volūtas recte precipit et sensus recte obediūt Et sine isto regimine pueriliter mens regitur. Et assimilat̄ r̄gno. Roboam. iii. Re. xii. qui relicto cōsilio senū: iuuenib⁹ acqeuit. Vbi enim virtus non est qꝺ seruire debuit: impat. et qꝺ dn̄ari deberet mīstrat: et iō regnū sub eo diuisū ē. Seneca ep̄la. lxxx Gaudiū virtutis velud fons in domo propria nascēs. Et in alia quadā ep̄la. Existias me detrahere tibi multas voluptates qui fortuita submoueo qui spe dulcissima oblectamenta cēseo deuitanda. imo contra nolo vnq̄ tibi deesse leticia Volo illam tibi domi nasci. Nascitur enim aliqn̄ sine teipso si tu ipse iudicas eum animum qui ridet animus debet esse alacer et fidens et prudens et super omnia erectus. Eccī. xxx Nō est oblectamētū super cordis gaudiuȝ.

B Vnde virtus facit quasi duplicē paradisum. terrestrem videlicet et celestē in corde hoīs. Eccī. xl. Gratia dei sicut paradisus in benedictionib⁹. Assimilatur enī mēs v̄tuosi paradiso ter

restri i t'b⁹ameitate fecūditate⁊ securi
tate.Duo p̄ma faciūt ibi q̄tuor v̄tutes
velut q̄tuor fluīa padisi mēte irrigātes
V n̄ glo.grc.s̄r ill d ge.ii.Fluui⁹eg.de
lo.vol.pa.ad irri.pa.Quatuor flumīa
paradisū irrigāt.s.dū his q̄tuor v̄tutū
b⁹cor īfūdit ab oīꝫ carnaliū desiderio
rū estu tpat.Altitudo facit securitatē
Dicit eī strab⁹s̄r ill d gn̄.ii.Plātauerat
aūt do.deus paradisūvolup.ꝙ paradi
sus attigit ad lunarē circulū.Et sene
ca dicit ꝙ talis ē sapiētis aī⁹ q̄lis mūd⁹
s̄r lunā. Scd̄o notādū ꝙ padiso cele
sti mēsv̄tuosa i q̄tuor assimilat Est eī
celū loc⁹dīne habitatōis:loc⁹ gn̄alis il
lumīationis:locus ordīate dilectionis
et locus gaudii et exultatōis.sic mens
v̄tutibus adornata ē dei habitatō. vn̄
ihero.nihil qeti⁹nihil puri⁹ea mente
debꝫ eē q̄ in dei hītaculū preparāda ē.
quoniam non templa fulgentia nō gē
mis altaria disticta delectāt: sꝫ aīa or
nata v̄tutib⁹.Per picturā in domo po
test discerni dom⁹officiū.alit eī depi
git tabna:aliter capella.In capella de
pingūt gesta sctōꝝ.In tabna gesta fa
tuorū.Ita moralit q mēte hois posset
videre qn̄ ē ornata v̄tutib⁹ diceret eā
capellā vel tēplū filii dei.p̄. Corin.iii.
Nescit ꝙ tēplū dei sit et spūsctūs ha
bitat invobis.Ex quo arguit aplus sic
Si quis autē tēplū deiviolauerit disp
det illū deus.Templū autē dei sctūꝫ
est qd estisvos.qn̄ eni mēs hūana spo
liat virtutib⁹etviciis deturpatur.tunc
fit tabna dēoniorū.i.ad cori.x. Nolo
vos esse socios demoniorum. In hoc
ergo loco mēte scꝫ hūana libēt inhabi
tat de⁹ s̄m Bern.qa ē celū suuꝫ qd nō
sicut ceteris dixit tātū vt fieret sꝫ pug
nauit vt acqreret:occubuitvt redimēt
Solēt eī hoīes maneria ab eis edifica
ta et perdita:et iterū acquisita multūꝫ
diligere Scd̄o mēs virtuosa est loc⁹
generalis illumiatiōis. Vn̄ tota lux
cognitōis hūane a mēte deriuatur.vn̄
Bern.sicut t'ra sīn celo obscura est ⁊ o
paca:ita corp⁹sine mēte. Lux aūt sa
pīe nō introibit in maliuolā aīaꝫ. sed
tantū invirtuosā Tertio ē locus or
dinate dilectionis.ita aīa v̄tuosa. Au
gustin⁹de ci. dei li.iii. Vera diffinitō
v̄tutis ē ꝙvirtus ē ordo amoris.Quar
to celū ē locus gaudii et exultatōis.Et
certe nullibi est gaudiū nisi vbi est v̄t⁹
Math.v. Gaudete et exultate ecce eī
merces vestra multa est in celis. Vn
de seneca epistola.lxxx.Vnū hoīs bo
nū ipsa v̄t⁹ ē que inter prospā fortunā
⁊ aduersa supba icedit cū magno vtri
usqꝫ ꝯtēptu.Virt⁹rectorē ducēqꝫ cōsi
derat sed sine magistro vicia discunt.
Vn̄ ideꝫ de naturalib⁹ q̄stionib⁹ libro
vi.Difficillis inuictu est virtus ducēqꝫ
rectorēqꝫ ꝯsiderat sꝫ sīn mgr̄o vicia di
scūt Hec sene.Et tn̄ advicia tot⁹mūd⁹
nos docet ad v̄tutes pauci et certe ma
gisveteres q̄ moderni.vnde si ad vitā
antiquorū respicim⁹multos virtutum
doctores habem⁹.Grego.i mo.libro.
i.capitl̄o vii.Ad ondēdā inocētiā venit
abel Ad docēdā mūdiciā venit enoch
Ad īsinuādā lōganimitatē spei⁊ opis
veīt noe.Ad maifestādā obediētiā ve
nit abrahā Ad demonstrādā vite ꝯiu
galis castimoniā venit ysaac.Ad insi
nuādā laboris tolerātiā veīt iacob Ad
repēdēdā p malo bōe retributōis gra
tiā venit ioseph.Ad ondēdā mansue
tudinem venit moyses. Ad insinuan
dam contra aduersa fiduciam veīt io
sue.Ad ondēdā int flagella patiāꝫ ve
nit iob.Sed ad omniū morū regulam
ostendēdā venit filius dei hō xp̄s ies⁹.

t alia dixerũt ĩ inferno hi qui pec
cauerunt .qm̃ spes ipii tã͞q lanu-
go ẽ q̃ avento tollit̃: ꝛ tã͞q spuma gra-
cil̃ que a procella dispergit̃ et tã͞q fu᷒
qui avẽto diffus᷒ẽ ꝛ tã͞q mẽoria hospi
tisvni᷒ diei p̃tereũtis P᷒q̃ spiritus
sanctus recitauit reproborũ cõfessio-
nẽ quã de semetipsis cõfusibilit̃ faciẽt
tã in iudicio gñali q̃ deinceps in pena
infernali in perpetuum. Hic ponit fi-
nẽ et eiusdẽ sñie cõfirmatõez. Et circa
hoc duo facit. quia primo ponit dicto-
rũ recapitulationẽ. 2° eorꝝ cõfirmati
onẽ. Secũda pars ibi. Quoniam spes
impii. Dicit ergo primo sic. Talia di-
xerũt in inferno. Talia videlicet exp̃s
siua hũane fragilitatis cõdẽnatiua ꝓ-
phane peruersitatis exemplatiua vel
exterminatiua mũdane felicitatis. di
xerũt in inferno. et ideo frustra quia
in ĩferno nulla est redẽptio. quia si ta-
lia cũ pnĩa cõfessi fuissent in vita. fuis
set eis cõfessio fructuosa. Talia ergo
dixerunt in inferno hi qui peccauerũt
idest in peccato finaliter sine peniten
tia decesserunt Et hec dicta eorũ sunt
vera. Vnde posita recapitulatione po
nit consequẽt̃ dictorũ eorundem con-
firmationem et specialit̃ q̃tuꝫ ad vnũ
articulũ videlicet de spe presentis feli
citatis quã mali habent dũ viuũt. Hu
ius autem spei vanitatẽ ostendit spũs
sanctus per quatuor exempla A
Comparat autem spem siue prosperi
tatem impiorum qui reputãt se feli-
ces ꝑvoluptates et diuitias sine cultu
dei et bonis morib᷒ quatuor reb᷒ mĺt-
tũ trãsitoriis et parui valoris videlicet
flori deficcato super herbas spume cõ
gregate sup aquas. fumo ignis. et me
morie hospitis. Dicit g̃ sic Talia dixe
rũt in inferno: hi q peccauerũt et vere
dixerũt. qm̃ spes impii. i. ꝓsperitas in
qua sperauit ẽ tã͞q lanugo q̃ avẽto tol-
lit̃. Lanugo in ꝓpoito dr̃ illud qd̃ stat
sup capita q̃rudã herbarꝝ flore desic-
cato et habet similitudiez aliquo mo-
do ad lanã. et ideo vocat̃ lanugo. Ista
lanugo qñ est sicca statim a modico vẽ
to tollit̃ et reliq̃t extremitatẽ herbe q̃
si caput rasum. sicut pꝫ sup florẽ mar-
cidũ et desiccatũ herbe q̃ vocatur dens
leonis. sr̃ caput carduorꝝ similit̃ iueni
tur lanugo res vana ꝛ valde trãsitoria
Lanugo etiã secũdũ papiã dicit̃ p̃ma
capillatio barbe. sed sic nõ accipit̃ hic.
Secũdo spes impii ẽ tã͞q spũa grati
lis que a procella dispergit̃. Spuma
fm̃ Britonem dicitur a spuo spuis. qa
spuitur idest proicitur. Est enim sor-
des vndarum. Vñ mustũ et ea que co
quuntur spuma purgantur. Et similit̃
ex collisione aquarũ adinuicẽ gñatur
spũa stans in superficie aque. Procel
la ẽ repẽtin᷒ vẽt᷒ seu impet᷒ vẽti vĺ ma
rin᷒ fluctus vel tẽpestas pluuie. Mani
festũ ẽ aũt ꝙ spuma cõgregata in sup
ficie aq̃ facillit̃ dispgit̃ a ꝓcella. Ter-
tio spes impii est similis fũo q statim
avẽto diffũditur F. um᷒ q̃to alci᷒ ascẽ-
dit tanto magis deficit et q̃to magis
diffũdit̃ et dilatat̃ tãto citi᷒ dissipatur
ĩ p̃s. Deficiẽtes tã͞q fũ᷒ deficiẽt Quar
to spes ipii. i. ꝓsperitas seculi in q̃ spe
rat impius. est tã͞q memoria hospitis
vni᷒ diei pretereũt̃. Hospes qui tantũ
vna die maẽt ĩ domo ꝛ statĩ recedit ci
to tradit̃ obliuiõi apd̃ illos q illũ rece
perũt ꝛ ꝯtinuo nouos recipiũt. Mun
d᷒ ẽ hospitator q cõtinue nouos hoĩes
receptat et receptos eĩtit a domo. Ec
clesiastes. i. Gñatõ p̃terit: gñatõ adue
nit t̃ra aũt inet̃nũ stat. Tal̃ hospitator

mľta facit. Primo vſū dom⁹ ⁊ vtēſiliū ſuorū cōcedit hoſpitib⁹. ſed nō dominiū. Scđo idē ſucceſſiue vēdit diuerſis. Mundat enī camerā ⁊ denudat vt hoſpes emat paleas. ⁊ cū receſſerit camerā iterato denudat vt eaſdē paleas alius de nouo emat. Tertio nō permittit hoſpitatū meliora emere extra hoſpicium ſuum. Vn̄ licet ſit melius vinū meliores auene et melior panis ī hoſpicio vicino q̄ ibi. nō licet hoſpitato illa cōparare. ſed p⁹q̄ hoſpiciū ſuuꝫ acceperit qcqd neceſſariū ē ab hoſpite ſuo emit. Quarto hoſpitator pulcherrimū vultū facit et obediēť ꝑ oīa deſeruit. ſed in fine ſtrictiſſimū computum exigit Quīto hoſpitem recedētē et nō reuerſuruꝫ ꝑpetue tradit obliuioni. Iſta qnꝗ facit mundus hoī Vſū enī rerū mundanarū cōcedit homini nō dominiū. Vn̄ nichil ſecum permittit aſportare. ſed cū illis cū qb⁹ intrauit cū illis exibit. Eccš. v. Sicut egreſſus ē nud⁹ de vtero matris ſue ſic reuerteť et nihil affert ſecū de labore ſuo Miſerabilis prorſus īfirmitas quō veīt ſic reuerteť. i. Thi. vi. Nichil intulimus in hunc mūdum haud dubiuꝫ quia nec aufferre poſſumus. Secūdo idē ſucceſſiue vēdit diuerſis. Sic mund⁹ eandem dignitatem idē officium: idē maneriū ſucceſſiue vēdit diuerſis. Tertio nō permittit hoīem gaudiū celi emē nec delicias ex̄ mūdū exiſtētes licet ſint meliores q̄ ipſe habeat Nō enī vult lex mūdi ꝙ homo largiatur elemoſinas: ſed qđ expēdat poti⁹ circa delicias ⁊ pōpas. Vn̄ gre. xiiii. mora. ca. xiii. Deſideriū celeſtiū neſciūt. q cor in terrenis voluptatibus defigūt Quarto facit hoī [quem intēdit decipe]optimū vľtū. ſicut xp̄o fecit iudas qn̄ eū ꝑdidit. Vn̄ aug. ī ep̄. ad dyoſcoruꝫ ⁊ ē epľa. lxviii. Mūdus iſte piclosior ē blād⁹ q̄ moleſt⁹ ⁊ magiſ cauēd⁹ ē: cū ſe allicit diligi q̄ cū ſe ammonet cogitꝗ cōtēni. Seruit g̊ hoī ad nutū: dat ſanitatē: ditias: et amicicias Sed in fine ſtrictiſſimū cōputū exigit de expenſis. Vn̄ aug⁹ i cōfeſſionľ. Cuius rei gratia militat;ᷓ maior ne potit eſſe ſpes veſtra in mūdo q̄ vt aīci mūdi ſitis. Et ibi quid niſi vas fragile plenū periculis. et per quod picula pueiť ad maiuſ periculū. pereāt hec oīa. ⁊ dimittam⁹ hec vana ⁊ inania et conferam⁹ nos ad ſolā inquiſitionem earum que finem nō habent. Vita hec miſera eſt mors incerta. ſubito ſubripit. et poſt hec neglīgētie ſupplicia luēda ſūt

Quinto hoſpitem recedētem perpetue obliuioni tradit. Ecci. v. Malicia hore obliuionē faciet luxurie maxime et in fine hoīs denudatio operꝶ illi⁹. et Sap. ii. Nomē nr̄ꝫ obliuioneꝫ accipiet per tēp⁹ ⁊ nēo hēbit mēoriaꝫ opū nrōꝶ a Dubitatō lrāľ Vtrū dānati ī īferno agāt pnīaꝫ đ eo qđ peccauerīt. ꝙ nō qa ſm aug⁹. de fide ad petrꝶ. c. xxvi. Et allegat mgr̄. iiii. ſniarū di. l. c. i. Sicut illi q cū chriſto regnabť nullas ī ſe malevolūtatꝭ reliqas habebūt. ita illi q erūt in ſupplicio ignis eť ni cū diabolo ⁊ āgeľ ei⁹ deputati nullā hēbūt vlterius r̄quiē. ergo bōaꝫ vlteri⁹ nō poterūt habere volūtatem. ſed penitētia de peccatis eſt bona voluntas g̊ non agent penitentiam de peccatis pp̄ Bern. ſup cā. ſ. viii. dicit ꝙ damnatus ſemꝑ vult iniquitatē quā fecit. Ergo nunq̄ penitebit. pp̄ Dañ. Quod eſt homib⁹ mors eſt angelis caſus. ergo ſicut angeli p⁹ caſū non habent volūtatē inuertibilem a malo cui adhe-

serūt. Ita hoīes post mortē. pp. Sicut gratia īclinat bonos ad bonū. Sic pctm̄ īclinabit malos ad malū. Sʒ scti per gratiā sic īclinabūtur ad bonū: ꝙ semp placebit eis bn̄ fecisse. Ergo malis semper placebit peccasse pp. magis mala erit volūtas dānatorū in īferno q̄ pctōꝝ in mūdo. Sʒ aliq pctōres sūt ita excecativel īdurati ꝑ malū habitū pe:cādi: ꝙ nō possūt penitere. Sicut sūt heretici ꝛ illi qui letanť cum malefecerit ꝛ exultāt in rebꝰ pessimis ꝓuer. ii. Ergo a multo fortiori dānati nō poterūt penitere. Ad oppositūʒ est btūs aug. de fi. ad pe. ca. xxvi. Vbi dicit ꝙ tm̄ in vita ista est pnia fructuosa. Malus ū in futuro hēbebit pniam de malis suis. Sed īdulgētiā nō hēbit pp in capitulo isto dicíť ꝙ ipi dicēt intra se pniaʒ agētes. Hi sūt quos aliquādo habuimꝰ. Itē Aris. ix ethi. penitudine replētur praui mox' eni tristantur de his de qbꝰ priꝰ delectati sūt Ergo dānati cū sint maxīe praui maxime penitebūt Ad questionē dicēdū ꝙ penitere de pctō est duplex. Per se vel ꝑ accidēs. Per se penitet de peccato qui detestať pctm̄ inq̄tū est pctm̄ Vel inq̄tū est dei offēsiuū. Per accidēs ū penitet qs rōe alicuiꝰ ānexi pctō videlʒ pene sequētis peccatū. Primo modo mali nō agēt pniaʒ. scđo modo agēt. Vn̄ vellēt se nō peccasse. Propť dolorē quē sustinēt: nō propť iusticiaʒ q̄ amiserūt. Ad ꝑmū dicēdū ꝙ velle nō peccasse amore iusticie est bonū nō autē velle se nō peccasse propter solam penam euitandā. Ad secundū Bernhardi verū est ꝙ per se loquēdo nolūt se peccasse penitent tamen per accidens. Ad tertiū de Dam̄. dicēdum ꝙ nō erit eis auersio volūtatis a pctō cōmisso propter pctm̄: sed a pena erit auersio volūtatis eoꝝ Ad quartū dicendū ꝙ sctis semp placebit se bn̄ fecisse qa nihil erit adiūctū quare deberet eis displicere. Sed malis erit pena adiūcta ꝓpter quā ꝑ accidēs dolere poterūt de pctō. Ad qntū dicendū ꝙ non sūt aliq ita mali quin possūt in pn̄ti ad pniaʒ deducivt doleāt de peccato. per accn̄s: si puniant̃ graui pena Licet nō possūt deduci ad hoc pervio lētiā ꝙ peniteāt v̓tuose. hec est cōis sententia in hac lectione.

LE. LXIX

B vocat' qui cõtra oĩes passiões manet fixus in v'tute sm recta͂ rõe͂ semp imobilis ys kyrognomon au͂t hoc habet tantu͂ de cõtine͂te ꝙ manet imobilis imobilit' adheret. Hoc au͂t nõ est v'tuosu͂ sm se. sed qn͂ fit sm recta͂ ratione͂. Vn͂ sicut ꝑdigus excedit liberale͂ qa dat plus q̃ oportet. Ita iste ꝑsu͂ptuosus excedit cõstante͂ v'tuose que͂ vocat phs cõtinente͂ qa adheret pl'q̃ oport sensui suo ꝓprio. Scd'o dicit Arist. de talib' ꝙ sunt idisciplinati qa nolu͂t ab aliquo istrui. Tertio su͂t agrestes quia cu͂ semp velint seq ꝓpriu͂ sensu͂ nõ possu͂t de facili cõmorari cu͂ aliis hoi͂b' ꝛ necesse habent fieri solitarii ꝛ parum cõica͂tes cu͂ aliis. Oĩs eĩ hõ q vult amicabiliter cu͂ aliis ꝯuersari debet se eis m'tiplicit' ꝯformare. Vn͂ cu͂ Alexa͂der regnu͂ ꝑsaru͂ ee͂t adept' stati relicta forma macedonu͂ in habitu ꝛ vestitu cõformauit se ꝑsis. vt sic eoꝝ beniuole͂tia͂ ꝯcaptaret Oĩs eni͂ singl'aris fit eoipso odiosus. Et io͂ bn͂ dicit Salusti' sicut Albert'. iiii. politico. recitat istos v'sus. Cõsulo qsqs eris q pacis federa queris. Cõsonus esto lupis cu͂ quibus esse cupis. Hec e͂ g̃ sobrietas ꝑmo mõ dicta scia sine ꝑsu͂ptõe in parte itellectiua. Scd'a est cõtine͂tia sine dissolutione in ꝑte se͂sitiua et ista sobrietas est ordinata modestia sensuu͂ exterioru͂ vt nihil vage me͂tis appareat nihil libidinosu͂ sed totu͂ sit religiosu͂ Et hui' cõtrariu͂ est ebrietas dissolutiõis que est via insole͂tis gest' et ornat' in hoie extiori. Ista͂ sobrietate͂ in gestu͂ moꝝ Apl's. ꝑ. Thi. ii. notat vbi dicit sic. Volo viros orare in oĩ loco leua͂tes man' puras sn͂ ira ꝛ disceptõe. Silit' ꝛ m'ieres in hitu ornato cu͂ v'ecu͂dia ꝛ sobrietate

De ista sobrietate dic' Aug. i regl'a. In oĩb' morib' v'ris nihil fiat qd' cuiq̃ offe͂dat aspectu͂ sed qd' v'ra͂ deceat sctitatem. Et Ambro. de officiis li. iii. dicit sic. Sermões ꝓferam' libra iusticie examinatos vt sit grauitas in sensu in s'mone põd' atq3 in v'bis mod'. Te͂perantia cordis habeat ai͂ mu͂dicia͂. iusticia mia͂ prude͂tia pace͂. fortitudo ma͂suetudine͂. Hec ambro. Ista sobrietate care͂t dissoluti ꝛ voluptuosi iuuenes q̃ diu su͂t sani ꝛ icolumes q ꝓpt' corpis calidi tate͂ ꝛ ai͂ leuitate͂ ifra semetipos nõ possu͂t cõsistere. sed si febre corripia͂t' per vna͂ ebdomada͂ vel duas stati fiu͂t sobrii salte͂ ad tps. Et io͂ signa͂ter Ecci. xxxi. dicit' Infirmitas grauis sobria͂ facit ai͂a͂ Tertio sobrietas est absti ne͂tia sine igurgitatõe i ꝑte nutritiua. Et sic de ea loquit' apl's cõseque͂ter ad Thitu͂. ii. Sobrii ꝛ pie ꝛ iuste viuamus in hoc sc'lo. Sobrie ad nosmetipos.
b Iuste ad ꝓximos. et pie ad deu͂ et scõs. De hac sobrietate Grego. omel'. xxxvii. Sobrietas oĩm v'tutu͂ mater e͂ ꝛ ecõtra ebrietas m'r oĩm viciorum hec est denudatrix oĩm secretoꝝ Infatuatrix sensatoꝝ: alligatrix robustoꝝ: et impatrix flagicioꝝ. Primo est denudatrix secretoꝝ Vn͂ Sen͂. ad Lucillu͂ epl'a: lxxxiiii. Queadmodu͂ musto: ipsa dolia ru͂punt' et oe͂ qd' in imo iacet in su͂ma͂ parte͂ vasis vi caloris eructat sic vino estua͂te qcqd in imo iacet abditu͂: effert' ꝛ ꝓdit in mediu͂. Et hec est vna causa q̃re specialit' regib' ꝓhibet' vinu͂ quoru͂ est celare cõsilia. Nihil e͂ eni͂ ita piculosu͂ reipublice sicut ebrietas in rege. A tali na͂q3 pri͂cipe vltiões indebite ꝛ p̃cipites irroga͂t' ꝯsultatões accepte in iiuria͂ alioꝝ icaute reuela͂tur. Ordinatiões cõcesse ꝛ vtiles reipu

blice retractant. Et iō signāter dicit. puer.xxxi.zvl. Noli regibꝰ dare vinū qa nullū secretū est vbi regnat ebrietas. Narrat Valeriꝰ maximꝰ li.vi.c.ii.ꝙ mlier qdā inocēs damnata fuit a Philippo rege macedonū temulēto. que ꝑprie inocētie ꝯscia clamauit. Prouocarē inqt a rege Philippo ebrio ad eūdē sobriū si eēt. Quo vbo excussit regi ebrietatē q causā sobriꝰ diligēter inspexit et mulierē liberā a pena dimisit. In signū vero ꝙ ebrietas est denudatrix secretoꝝ legimꝰ Geñ.ix. ꝙ Noe primo plātauit vineā z bibens vinū iebriatꝰ est z cū postea dormiret iacuit denudatꝰ z a filio ꝑprio derisus est. Scdo ebrietas est ifatuatrix sēsatorū. Vñ Aug. in libro ad sacras vgines In ebriis nulla rō nullū gerēde vite cōsiliū nō gestorū aut lectionum mēoria nec vlla artiū aut idustrie ꝑuidētia. Et iō nullꝰ de sua cōfidat scia si ebrietati succūbat. ysaie.xxviii. Sacerdos et ꝑpheta nescierūt pre ebrietate absorpti sūt avino errauerūt in ebrietate. Et ideo in antiq̄ lege sacerdotibꝰ fuit ꝓhibitū ne biberēt vinū qñ igressuri erāt tabnacl'z ad mistrādū. Leui. x. vinū z oē qđ iebriare pōt nō biberis tu z filii tui qñ itrabitis in tabernaculum testionii Tertio ebrietas est alligatrix fortiū vel robustoꝝ. Facit ei de hoīe bestiā. de robusto infirmū. de prudente isanū. Exēplū de holoferne fortissimo que z nimia ebrietate sopitum. Iudith vidua gladio ꝑprio interemit. Iudith.xxxi. Exēplū habemꝰ de Alexādro de quo dicit Seneca ep. lxxxiiii. ꝙ eū in tot pliis inuictū intēperātia bibendi deuicit Et ille Herculeanꝰ ac fatalis typhꝰ submersit Propter h̄ philiveteres sicu dicit Pap̄. vinū vocabāt venenū. Sed postq̄ iuētus est vinū letiferi succi. hoc vinū illđ venenum dictū est. Et ifra. Vinū inqt sobrie potatū sanitatē dat z auget prudētiā imoderate sūptū ad vicia causas ꝑstat. Deus eni creaturam dedit. abundantiā aūt hūano arbitrio reseruauit vt ꝑsimonia nature eēt in magisterio sobrietatis. abūdātie viciū. lapsūq3 tumulētiū sibi ascriberet hūana cōditio.

Quarto ebrietas ē iperatrix flagiciorū. Vt ꝑbet ira arma z ictus libido vba z tactꝰ tūc ardor nimiꝰ pudor nullus. Exēplū habemꝰ de Lot. Geñ.xxi q p ebrietatē cū vtraq3 filia cōmisit incestū Exēplū quo ad irā de Alexādro magno qui amicū sibi carissimū atq3 fidelissimū int̄ epulas cultello trāsfodit. Et itellecto facinore mori voluit. Voluit ei seip3 int̄ficere nisi ab amicis suis pūetus fuisset Rusticꝰ qdā inebriatus redit domū z de quolibet vno qđ videbat apparebāt sibi duo. Cōsiderās ergo duos filios suos putabat eos esse q̄tuor. Et iponēs vxori ꝙ haberet q̄ttuor filios ipsaq3 negāte. Iussit ꝙ se purgaret z ꝑcepit cultrū h̄ est vomerē afferri z poni in ignē z dixit vxori sue ꝙ oīno portaret: ferrū ignitū Illa vtēs prudētia feminea. Rñdit ꝙ libēter h̄ faceret. si tñ ꝑmo ferrū ignitū sibi traderet. Ille autē fatuꝰ oīno ignitū ferꝝ accepit i manibꝰ z excoriauit se pessie et ad sobrietatē se reduxit z errorem ꝑpriū recognouit cōtinuo. Et ideo signanter dicit̄ de oībus talibꝰ Iob.xii. Palpabūt quasi in tenebris z nō in luce. et errare eos faciet q̄si ebrios.

LECTIO.CXXIII.

q Vis eni hoim poterit scire cōsiliū dei: aut qs poterit cogitare quid velit de⁹? Cogitatões eni mortaliū timide. ⁊ icerte puidētie nr̄e. Corpus eni qd corrūpit̄ aggrauat aīam ⁊ depmit t̄rena ihabitatio sensū multa cogitātē Postq̄ Salomō deuote supplicauit. deo p sapia impetrāda ⁊ sue petitōis declarauit vtilitatē. In ista pte iterato māifestat sue supplicatōis necessitatē. Est autē necessitas maxīa ad supplicādū deo p sapia q̄ dirigit̄ ignorātia nr̄a in agēdis Iuxta illđ. ii. Paralip. xx. Cū ignorem⁹ qd agere debeamus: hoc solū habem⁹ residui vt oculos nr̄os dirigam⁹ ad te. Istā g̃ ignorātiā nr̄a; allegādo ostēdit hebetudinē nr̄a; tā in naturalib⁹ q̄ supnaturalib⁹ cognoscēdis. l; eni ex cognitōe creaturarū assurgere possim⁹ aliqualit̄ i dei noticiā quātū ad mlt̄a. vi; q̄ potēs bonus ops ⁊ clemēs est Iuxta illđ ad Romanos. p̄. Inuisibilia eni ipi⁹ a creatura mūdi per ea que fctā sunt itellecta cōspiciunt̄ tn̄ ad euidēter cognoscēdū cōsilia sua ⁊ pcepta q̄ vult nos fuare in hac vita ptingere nō possim⁹ sn̄ ipi⁹ reuelatōe. Et iō pmo oñdit Salomō q̄ntā habem⁹ ad cognoscēdū celestia ⁊ supnaturalia difficultatē. Et circa h̄ duo facit qa pmo allegat hoīs gnāle ignorantiā Scđo assigt tāte ignorātie causam. Scđa ps ibi. Cogitatōes ei mortaliū. Quātū ad pmū dicit sic. Quis eni hoi; poterit scire cōsiliū dei? Aut qs poterit cogitare qd velit de⁹. q̄si diceret ad h̄ q̄ homo cōsequat̄ btitudinē q̄ est vita et̄na ⁊ visio supnaturalis. diuine essētie oportet hoīe; trāsire p meritū adiplendo aliquo mō diuinā voluntatē in preceptis et cōsiliis suis. Sed qd de⁹ cōsulat et pcipiat nō potest hoī cōstare nisi per reuelationē fidei de credēdis ⁊ agēdis: ergo hec reuelatio que ē vera sapia est hoī necessaria qa null⁹ hō ex sua naturali cognitiōe pōt scire cōsiliū dei nec qd velit deus.

A Sed sciēdū est q̄ iste termin⁹. Cōsiliū est termin⁹ equoc⁹ qa aliqñ inquisitio vni⁹ vel pluriū in reb⁹ dubiis vocat̄ cōsiliū. Et sic loquit̄ Aristo. iii. ethicor; vbi oñdit q̄ cōsiliū debet pcedere electionē ⁊ q̄ oē cōsiliabile est eligibile. Et sic loquit̄ Thobias filio suo Cōsiliū sēp a sapiēte perqre. Thobie. iiii. Et puer. xi. Salus autē vbi multa consilia Alio modo vocat̄ consilium sententia declaratiua illius quod expedit fieri in incertis. Et sic loqt̄ apostolus prima Corint. vii. De virginibus autē preceptū domini nō habeo. Consiliu; autem do. Tertio modo vocatur consiliū persuasio ad aliquid agendum vel omittendū. Quarto modo vocatur consiliū quodcumq̧ archanum alteri reuelatum. Primo modo non possumus deo attribuere consiliū proprie loquēdo. sed methaphorice ⁊ figuratiue loquēdo deo more hūano quia in deo nullo modo cadit incertitudo vel dubitatio. Damasce. libro pmo capitulo. xxii. Non eni consiliatur deus ignorantie enim est consiliari Et Aristoteles tertio ethicorum. Cōsilium est de his que incerta sunt et nescitur qualiter eueniant.

Et per consequēs deo qui est prescius futuror; oīm. conuenire nō potest. Secūdo modo deo maxime cōuenit consiliū quia ipse maxie in dubiis nos certificare scit. Tertio mō etiā ⁊ sic distinguam⁹ inter precepta ⁊

cōsilia dei. Et quarto mō sitr. Allegata ergo ignorātia hūana explanat̃ cōueniēt̃ nostre ignorātie cā. Et ponit̃ duplex causa. Videl3 cognoscētis debilitas: et cognoscēdorū subtilitas. Secūda causa ponit̃ ibi. Et difficile estia m⁹ Circa primū duo facit quia primo allegat ignorātie cā3 ex parte aīe

a Secūdo ex pte corporꝫ ibi. corpus enim qđ corrūpit̃. Quātū āt ad animā sicut docet. Arist. ii. metha. Intellectus noster se h3 ad intelligētias et ad manifesta in natura sicut ocul⁹ noctue ad lumē sol'. Et ideo ad tractādū de his que supravires nostras sunt debem⁹ eē timidi. et hoc ē qđ dicit Cogitationes mortaliū timide. Et iterū ad illa que sūt infra nos circa q̄ operamur et cōsiliamur freq̄nt̃ experimur nos decipi et alit̃ deuenire q̄ nos ordinam⁹. Et ideo nō solū sūt cogitationes nostre infirme in speculatiuis. s3 etiā incerte sūt prouidētie nostre ī p̄cticis. Et iō docuit nos Iacob⁹ ꝙ locuturi de futuris agibilib⁹ a nobis sēp sub conditione dicam⁹. Si dn̄s voluerit faciem⁹ hoc vel illđ. Ia. iiii. Ex parte v̓o corpis duplex surgit difficultas acq̄rē di sciā3 de deoꝛ necessariis ad salute3

Prima quia corp⁹ infectū fōite concupiscētie corrūpit affectū aīe et facit aīa3 ad surgēdū ad sp̄ūalia graue3 Et ideo dicit corp⁹ qđ corrūpit̃ agg̃uat aīam Secūdo qa sollicitudo circa necessaria corporꝫ et ista tpalia dep̄mit sensū hoīs cogitātis multa et reddit eū distractū a studio et scia acq̄renda. Et ideo subdit. Et dep̄mit terrena inhabitatio. idest occupatio circa terrena corpori necessaria sensū id est intellectū multa cogitātē Corp⁹ quod corrūpit̃ aggrauat aīa3 Nota ꝙ corpus post peccatū anime alligat̃ in triplex officiū. Habet enim aīma corp⁹ sicut instrumētū in adiutoriū ad seruiendū Secūdo sicut indumētū vel opertoriū ad se tegēdū Tertio habet anima corpus sicut sibi cōiūctum et datū sicut detrimētum. vel afflictoriū ad puniēdū Primo dico ꝙ anīa habet corp⁹ sibi cōiūctū sicut instrumētum in adiutoriū ad seruiēdū. Vn̄ arist. primo politicoꝝ ait. Animal cōstat ex aīa et corpore. quoꝝ hoc quidē principalius est a natura sc3 aīa ħ autē subiectū puta corpus. In hoīe āt bene disposito corp⁹ est sicut seruus. ꝛ anima principans et dominās. Sed ī homine pestilēte corp⁹ dn̄at̃ et aīa famulatur Est aūt secūdū eū ibidē duplex p̄cipatus: videlicet despoticus siue seruilis. et politicus siue regalis. Anima enim principat̃ corpori p̄ncipatu despotico. et est talis principat⁹. q̄n subiectū nō habet potētiā resistendi principāti. sed intellectus principatur appetitui politico principatu quia appetit⁹ habet interdū potētiā resistēdi rationi Patet ergo secūdu3 eū ꝙ corp⁹ naturalit̃ est seruilis conditiōis et anima libere. Et quia seruus delicate nutritus proteruit in dominū. Iux̄ illud prouerbiorū. xxix. Qui delicate a pueritia nutrit seruū suū sētiet eum postea contumacē. Ideo statim a puericia debet seruus iste domari et ī seruitutem redigi. Et hoc satis aduertit apostol⁹. q̄n dicit. Castigo corp⁹ meum in seruitutē redigo ne cum aliis predicauerim ipse reprob⁹ efficiar. p̓. Corinth. ix. Seruitus autē secundum iura si fit occulta impedit matrioniū contractū cū libera Vn̄ si seru⁹ dicat se ingenuū et contrahit cum libera et

ipsa postea ppēdit se eē deceptā pōt agere ad diuortiū et obtinebit.xxii. q. secūda.c.Si feia īgenua. Moralit̄ loq̄ndo seru⁹ ē corp⁹ nr̄m videlicet fingit se liber & et nobilē.et iactat totū mūdū eē suū et propter se ordiatū ⁊ iō parificare se p̄suītrationi q̄ ē dn̄a sua et i gerit se ad matrimoniū p quādā eq̄litatē cū rōe cōtrahēdū.s3 certe rō deb3 aduertere et ipsū repellere sicut n̄ maritū suū.i.corinth.vii Nōne ē seruitu ti subiect⁹ frater vel soror h⁹mōi.more g̃ serui deb3 corp⁹ nostrū tractari.

Quis v̄o sit mod⁹ tractandi seruū dicit̄ Ecci.xxxiii.Panis et disciplina et opus seruo.Tria eni sibi cōueniūt vid licet educatio quia pais Castigatio qa disciplia.Occupatio quia opus Educatio sibi debet̄ talis tēpamenti.ne supbiat et ne succumbat. Vnde gregorius super Ezechielē secūda parte.omelia septima.Si pl⁹ corpori q̄ debeam⁹ tribuim⁹:hostē nutrim⁹.Et si necessitati eius que debem⁹ non reddim⁹ ipsum nostrum conciuē necam⁹.Hec ille. Ex quo ergo corp⁹ naturaliter seruus ē ⁊ subiectū sp̄ui quāta vtilitas est huic seruo seruire.De hoc.Seneca ep̄ xlix. Fateor inquit istā nobis nostri corporis caritatem Fateor nos huius modi gerere tutelā.non nego idulgēdum.illi seruiendum nego. Multi ei seruiet qui corpori seruit.qui pro illo nimiū timet. qui ad illd omia refert. honestum eivile est cui corpus nimis carū ē.Sic ergo primo corp⁹ sp̄ui datū ē sicut instrumētū in adiutoriu3 ad seruiedū.Scdo corp⁹ datū ē anime sic īdumētū vl̄ optoriū ad tegēdū.Iob.x. Pelle et carne vestisti me ossib⁹ et neruis cōpegisti me.De hoc Sen̄.ep̄.iiii. Corp⁹ naturalit̄ vt q̄dā vestē aio circūdedit et velamētū ē ei⁹.Quis ei p vestimēta estimauit aliū nec bonu3 nec malum gladiū vagina facit.ita nec bona corporis bonū hominem.Hec Seneca B De indumētis aūt et reb⁹ quas dn̄i distribuunt in famulis suis duo videm⁹.Vnū ē ꝙ dn̄s qui dat annuatim duplicē libratā vnā ꝓ hyeme. et aliā pro estate.sic solet ordiare ꝙ illa librata que seruiet pro hyeme fiat de pāno grossiori.Illa v̄o de subtiliori q̄ seruiet in estate. Moralit̄ totū tēpus nostrū diuidetur in duas ptes. hymē et estatē.hyems ē vita p̄ns.Estas erit vita futura.Dn̄s aūt nr̄ daturus est nobis duplicē libratā.Vnā robā accepim⁹ pro hyeme hui⁹ vite.Et iō est de rudi panno.Corp⁹ eni nostrū si modo aduertim⁹ de turpi materia vel rudi ē facta et tn̄ satis sufficit pro hyme huius vite.Hebre.x Corpus autē aptasti mihi.i.aptū dedisti ꝯueniēs tēpori in quo viuo.Secūda librata quā habebi⁹ in paschate vite future.i.in resurrectione generali ē de pāno subtili.Erit ei corp⁹ subtile contra grossiciē.clar& cōtra opacitatē.agile ꝯ grauitatē ⁊ ipassibile cōtra mortalitatē.i.Corinhe.xv. Seminatur corp⁹ animale surget corpus spiritale.Dat ergo dn̄s noster duplicē libratā secūdū cōgruētiā tēporū diuersorū.Secūdo videm⁹ i istis familiis ⁊ curiis ꝙ boī armigeri robas duplices pcepturi n̄ parcūt i hyeme a laborib⁹. lacerāt robas nūc i pluuiis in niuib⁹ i ignib⁹ vbicūq̄ dn̄o placuerit. Ratio ē dicta qa sciūt se nouas robas i paschate percepturos.Cōsimili modo moralit̄ bōi xp̄iani nō parcūt ab operib⁹ pnie corporib⁹ suis.vigilāt ieiunāt.⁊ variis penitētiis lacerāt vel macerāt corp⁹ suū. Et q̄re hoc ē Certe qa

nouas robas expectāt in resurrectiōe qn̄vestiet̄ sp̄us corporib⁹ suis gloriosis Philip.iii. Saluatorē expectā⁹ dominū nr̄ꝫ iesū xp̄m q reformabit corpus humilitatis nr̄e cōfiguratū corpi claritatis sue. Itē notādū ꝙ inter in dumēta q̄dā sūtvestes et arma et que dā sūtvestes tātū et nō arma In vestib⁹ ⁊ armis fiūt q̄dā signa de picturis et colorib⁹ Et cōsueuerūt reges iuuenes et principes militare in ludis militarib⁹ in armis nō notis. nec ī armis q̄ postea debēt deferri sed ī armis ignotis advolūtatē eorū Quando auteꝫ tales principes exercitiū armoꝝ ī talib⁹ludis dimittūt tunc solēt dare alicui armigero illa arma cōsecrādo euꝫ in statu militari et id cedit ad honorē notabilē talis armigeri ꝙ possit arma portare domini sui quib⁹vsus est in sua milicia iuuenili Moralit̄ dominus noster dei filius xp̄s militauit in cruce arma habuit de argento albissimo carnis sue. quinqꝫ rosis rubeis distincto q̄ sūt quinqꝫ vulnera corpi illi sacro imp̄ssa: princeps iste ludū taleꝫ armoꝝ sua resurrectione dimisit: qa christus resurgēs ex mortuis iaꝫ non morit̄: mors illi vltra nō dominabit̄. Ro.vi. Sed homini tāq̄ armigero mł tū dilecto cōtulit arma illa ⁊ milité fecit eū domin⁹vt patet per apł'm.ii. thimo.ii. Labora sicut bon⁹ miles christi Et honorificū debꝫ eē hoī multuꝫ scꝫ memorit̄ recogitādi. si iniusta corporalit̄ tolerādo portare valeat arma xp̄i. et iō de istis armis bene gloriabatur ille q dicit. Gall'. vi. Stigmata domini nr̄i iesu xp̄i ī corpore meo porto. Et iō scribit̄ p̄mo corin. vi. Empti estis p̄cio magno: glorificate et portate deū in corporevestro Tertio corpus est datū anime sicut detrimētum et afflictoriū ad puniēdū. Et hoc estve rū secūdū tēp⁹nature lapse. Ex quo ei ratio mētis humāe subtraxit deo obediētiā quā debebat. subtracta ē anime illa obediētia quā sibi corpus exhibebat et ceperūt passiones morꝰ et corruptiōis affligere aīaꝫ in corpore habitantē intm̄ ꝙ clamare cōpellebatur apl's ad Ro. vii. Infelix ego sū qs liberabit me de corpore mortis hui⁹ Vnde Sen̄. ep̄. ci. Corpus hoc aīe pōdus est et pena p̄mēte illo vrget̄ et in vinculis est. Et infra. Maior sū et ad maiora genitus q̄vt mācipiū sim corporis mei: q̄d eqīdē non aliter aspicio q̄vinculū aliq̄d libertati mee circundatum. Hec Seneca. Et de hoc notabilit̄ loquit̄ ep̄la. xliiii. Admiror demētiam nostrā ꝙ tanto tp̄e amamus reꝫ futigissimā corp⁹nostrū: timem⁹ꝙ nequādo moriamur cū omne momētū mors sit prioris habitus. Vis tu time re: ne semel fiat q̄d quotidie fit. Et iō signant̄ dicit hic. Corpus q̄d corrūpit̄ non q̄d corrūpet̄. corrupta ē infātia: corrupta ē puericia: corrupta ē adolescētia. ii. Re. xiiii. Oēs morimur et q̄si aque dilabimur in terram que nō reuertētur

LEC. CXXIIII.

v T difficile estiam⁹in terra sunt ⁊ que in p̄spectu sunt inuenim⁹ cū labore. Que aūt in celis sūt quis iuestigabit? Sensū autē tuū qs sciet? Nisi dederis sapiam tuā. et miseris spiritū tuū sctm̄ de altissimis. Et sic correcte sūt semite eorū q̄ sūt in t̄ris et q̄ tibi placēt didicerūt hoīes. Nā p sapiētiā sanati sūt qcūqꝫ palcuerūt tibi do mīe a p̄ncipio Postq̄ ei sapiēs salomō allegauit hūanā ignorātiā propt̄ quā ncc̄e habuit a deo petere sapienti

am. Vnā cāz istius declarauit ex parte hūane imbecillitatis. In ista pte assignat aliā cāz ad idē magnitudinē videlicet difficultatis ex parte rerū scibiliū A Et circa hoc tria facit. qa pmo oñdit ꝙ attigere cognitionē sup naturaliū excedet limites hūane facltatis. Secūdo ꝙ taliū ꝯgnitio nllo mō haberi potest nisi ex dono diuie liberalitatis. Et tertio ꝙ nūq̄ fuit alia via salutis i hoib⁹ bñ morigeratī. Scđa ibi Sensū autē tuūz. Tertia ibi Et sic correcte sūt. Ad pmū arguit sic. Si nos homines nō possum⁹ id qđ mi⁹ē: nec poterim⁹ id qđ mai⁹ē: sed min⁹ ē cognoscē creaturas dei et cognitiones naturales eaꝝ que sūt in terra nobī scuz q̄ cognoscē dinam volūtatē q̄ ē in celo Sz ad cognitionē alicui⁹ nature exilis nō possum⁹ deuenire sine difficltate ⁊ labore. Ergo ad cognoscēdū occulta diuine volūtatis nllo modo poterim⁹ deuenire. Quātū g° ad hoc dicit sic. Et difficile id est difficult estia⁹.i. ad q̄dā non sat certā cognitionē deueim⁹ Iste ei termi⁹ estiare nō importat oīmodā certitudinē secundū modū loquēdi sicut notū ē. Difficile inqt estimam⁹ q̄ i terra sūt cuiusmodi sūt q̄titas terre imobilitas tre: imo generalit cū difficultate scire possum⁹ quō herbe arbores et plāte generant augmētāt ⁊ fructificāt i terra. Ista ei ppt quotidianā ꝯsiderationē apđ nos viluerūt ⁊ tamē null⁹ ē nostrū q sciat de his plenā reddere rationē. Quia sicut dicit. Augustin⁹. Mai⁹ miraculū ē qđ deus đ paucis granis segetes creat q̄ ꝙ tot milia hoīz de paucis panib⁹ ⁊ piscib⁹ satiauit ⁊ tñ hoc nemo miraf. Illud oēs miramur nō qa mirabili⁹ sz qa rari⁹. Ergo ista quotidiana q̄ fiūt in tris. nescim⁹ cōprehēdere. imo vix aliqlit estiare. Eccs .i. Cuncte res difficiles nec potest hō explicar sermōe. Dicit g°. ⁊ difficile estimam⁹.i. difficile ē estimare. Et que in terra sūt. Et sequit q̄ in pspectu sūt iueni⁹ cū labore.i. etiā pma pncipia inueni⁹ cū labore. Cū enī a sēsu ⁊ expimēto depēdeāt nec aliqđ sñ passiōe sētire possum⁹ etiā pma pncipia cū labore cōgrim⁹ aliqli. et tamen de istorū noticia dicit. Aris. iiii. Metha. ꝙ cōsideratio de vitare difficilis ē vno mō et alio mō facil ē. Facilis ē q̄tū ad pncipia q̄ se hñt sic porte vl fores manerii in quib⁹ null⁹ delinqt. sed difficilis est q̄tū ad ꝯclones q̄ ex pncipiis eliciunt i qb⁹ a mlꝭ erraf Et qa sic ē ꝙ ea que in terris sunt et in prospectu. id ē que stati aliq̄ mō offerunt se sensui iuenimus cum labore. Merito queri potest sic. Que autem in celis sunt qs inuestigabit? Et siue hoc de celis id ē speris celestibus in quibus sunt stelle erratice siue fixe. Vel de celo empirreo quod supra illos celos ē ⁊ deo appropriatur et angelis: intelligatur et proponatur rationabilis questio est Hec est enim ratio quare per tot cētenaria annorum vixerunt illi homies q nos in pncipio mundi pcesserūt Cū q̄to etiā labore et diligentia inuenta est vera quantitas terre. et postea vera quantitas solis et totius firmamenti: nō potest facilit a nobis excogitari. Cū ergo ad illa isufficiētes sum⁹ ꝯstat ꝙ sine dono et reuelatione dei attigere non possum⁹ ad ea ad que null⁹ sensus nullum experimentū pducit. ⁊ iō scđo subiungit Sensum autē tuū quis sciet nisi tu dederis sapiam tuaz ⁊ mi

seris spiritū sanctū tuū de altissimis. Sensū aūt tuū.i. cōsiliū pscientie tue et ordinatōis future quis sciet nisi p donū liberalitatis tue? nisi inq̄ tu dederis sapiētiā tuā reuelādo que tibi placēt per nos fieri in hac vita: et cū hoc miseris spm̄ scm̄ tuū de altissimis ad inclinādū voluntates nr̄as et suggerēdū nobis facere qđ tu pcipis. Ioh.xiiii. Ille vos docebit oīa de altissimis. Altū est celū planetarꝝ: altius celū stellarū fixarꝝ et altissimū ē celū empyreū qđ dicit̄ celū trinitatis. In ps. Tu sol⁹ altissim⁹ sup oēm terrā. Scđo subiūgit ꝙ nūq̄ fuit alia via salutis hoīb⁹ possibilis nisi per reuelationē certi cultus quē de⁹ exigit ab hoīb⁹ per fidē spem et caritatē Vñ dicit sic. Et sic correcte sūt semite eorū que sūt in t̄ris et que tibi placēt didicerūt oēs. Nā p sapiaꝫ sanati sūt. qcūqꝫ placuerūt tibi a pncipio dñe. Et sic misso scō spū de altissimis et sapia tua data hoībus correcte sūt semite.i.pfecti modi viuēdi ꝛ obsuādi mādata tua. In ps. Deduc me in semitā mādatorꝝ tuorꝝ. Et semite in quā eorꝝ que sūt in t̄ris.i.hoīm t̄renorū. Et sic per modū istū didicerūt homines que tibi placēt viꝫ per īcarnationē filii et emissionē spūssctī. Nā p istā sapiaꝫ fidei in xpm videlꝫ sanati sūt. a morbo pcti qcūqꝫ placuerūt tibi dñe a pncipio. Math.xxi. Qui pcedebāt ꝛ qui sequebant̄ clamabāt dicētes Osanna filio dauid. Vbi dicit Glosa ꝙ nemo saluād⁹ fuit nisi in fide īcarnationis explicita vel īplicita. Et miseris spm̄ scm̄ tuū. Circa missionē spirit⁹ scī est notādū ꝙ illa fuit mūdo necessaria ppt̄ tria. Venit enī sicut lacrimantiū cōsolator sicut ignorātiū iformator. et sicut vacillātiū cōfirmator.

Primo ergo venit sicut lacrimātiū cōsolator Quādo nutrix recedit a puero puer tristat̄ et plorat. Et licꝫ ipsa puerꝝ hortet̄ ꝛ moneat ꝙ nō ploret nec doleat Puer tñ cū recesserit statim plorat et clamat quantūcūqꝫ ipsa cito reditura se promittat nec cessat a fletu donec nutrix mamillā in os mittat. Isto mō xp̄s moralit̄ nutrici⁹ fuit apostolorꝝ suorꝝ quos tāq̄ filios iuuenes et teneros diligebat et fouebat. Osee.xi Ego quasi nutricius effraym portabā eos in brachiis meis. Effraym frugifer īterptat̄ ꝛ figurat apostolos qui fruges doct̄ne ferebāt: qb⁹ totus mūd⁹ fuit postea saturat⁹. Iste nutrici⁹ accepit licētiā ab apl̄is suis et dixit eis ꝙ non turbarētur de recessu suo. Ioh.xiiii. Nō turbet̄ cor vr̄ꝫ neqꝫ formidet vado et venio ad vos. Iterū modicū ꝛ videbitis me. Et m̄lta talia dixit eis ꝛ tñ oībus illis nō obstātib⁹ se nō poterāt a tristicia ꝯtinere. Ioh.xvi Quia hec locut⁹ sū vobis: tristicia īpleuit cor vr̄m. Et iō xp̄s volēs eos cōsolari pfectē: mamillā sue dilectiōis ꝛ dulcedinis scꝫ spm̄ sctm̄ posuit in ore eorꝝ. ysaie.lx. Lac gētiū sugges ꝛ mamilla regū lactaberis. Mamilla regū id ē spū sctō q est mamilla dulcedinis clemētie et suauitatꝭ toti⁹ trinitatꝭ Ista mamilla habuit ī se lac dulcissimi nutrimēti oīa ei dulcia nutriūt. ſm phm Et de spū scō scribit̄. Ecci.xxiiii. Spirit⁹ enī me⁹ sup mel dulcis. Sed inter suggētes istā mamillā magna differētia est. quidā nāqꝫ sicut pueri dissoluti postq̄ suxerūt mordēt dētib⁹. Quidā pellūt manib⁹ et qdā lacerēt vnguib⁹. Hi oēs sūt ingrati xpiani q postq̄ spm̄ sanctuꝫ receperīt per sacramētū pnie redeunt ad ingratitudinē per peccatū

quorū quidā mordēt per detractionē et ledūt caritatē que ē spūs sctūs. Gal la.v. Si inuicē mordetis et cōeditis videte ne ab inuicē cōsūmamini. Quidā enī pellūt p rebellionē q eccie resistūt et doctrine v̾bi dei. Act.xiii. Vobis oportebat loqui p̄mū v̾bū dei. Sed qm̄ repellitis illd ꝛ indignos vos iudicastis eterne vite ecce cōuertimur ad gentes. Aliq lacerāt vnguib⁹ sicut raptores ꝛ p̄dones q bona eccie rapiunt et auferūt ꝛ predāt̾ ꝛ isti sūt mali milites q per p illā bestiā designāt̾ De q̄ Dan̄.vii Q̄d erat t̾ribil̾ nimis dētes ꝛ vngues ei⁹ ferrei. cōedebat ꝛ ɔminuebat ꝛ relq̄ pedib⁹ suis ɔculcabat De istis tribus igrat̄ ꝛ malis puer̄ dr̄ Act.vii. Vos sēper spūi sācto restitistis. Secū do miss⁹ est spūssanct⁹ sicut ignorātiū iformator. Xp̄us enī dei fili⁹ p̄dicauerat iudeis v̾ba sue sapie i tm̄ ꝙ fatebātur. Ioh.vii. Nunq̄ sic locutus ē homo sicut hic homo loquit̾ hoc fecerat iter eos ope potentie sue. Ioh.xv. Si opera nō fecissem in eis q̄ nemo ali⁹ fecit peccatū non haberent dederat eis exempla sanctitatis vite. Mathei.ix. Discite a me quia mitis sū et humilis corde. Et istis tn̄ nō obstātibus ipsi iudei v̾ba sapie dicebāt esse falsa. Io.viii Tu de teip̄o testimoniū phibes: ꝛ testimoniū tuū nō est ver̄. Miracula sue potētie dicebant fieri virtute dyabolica. Mat.xii. Hic nō eiicit demonia nisi i beelzebub p̄ncipe demonior̄. Exempla ū sue sanctitat̄ dicebāt facta esse hois peccatoris. Ioh.ix. Nos scim⁹ quia hic homo peccator est. Istis g̊ visis poterāt ap̄li respōdere quādo xp̄s ab eis ascēdens dicit. Euntes in mundū vniuersū p̄dicate euāgeliū oī creature ꝛc̄. Dn̄e quō nos relinq̄s ꝛ ad iudeos transmittis. si v̾ba tua falsa dixerūt si miracula tua demonib⁹ asscp̄serunt: si tue sāctitat̄ apparentiā i scādalū puerterūt. Quid int̾ eos facere poterim⁹ nos ignari q habem⁹ puā sciētiam: nos infirmi qui habem⁹ paruā potentiā. nos realit̾ peccatores qui habemus lesā ɔsciētiam. Et ideo missus est ad eos spirit⁹ sanct⁹ ꝓ omnib⁹ istis sicut ignorātiū ifirmator. Iohā.xiiii. Paraclit⁹ autē spūssanct⁹ quem mittet pat̾ i nomie meo ille docebit vos oīa et suggēt vobis omnia quecūq dixero vobis. In huius figurā missus ē spiritussāctus in triplici specie ignis lingue. ꝛ colūbe. In igne relucētia claritatis. In ligua eloquentia veritat̄. In colūba patiētia suauitat̄. Sapientie duodecimo. O q̄ bon⁹ ꝛ suauis est spiritus tuus i nobis. In igne similit̾ denotat̾ potētia quia inter elemēta nullū ē ita actiuū ꝛ hoc per calorē. In igne denotat̾ sapia et hoc p splēdorem. In ligua designat̾ eloquētia per vocis clangorē Modo ita fuit ꝙ ap̄li habuerūt triplici pp̄lo p̄dicare p̄ncipib⁹ qui f idē ipugnabāt p potentiā philosoph̄. qui eā impugnabāt p sapiam. Et pp̄lis q̄ apostolos n̄ itelligebāt ꝓpter ydeomatis differentiā. ꝛ ideo dedit eis xp̄s spūm scūm i spetie colūbe vt vincerēt p pasciētiā. In specie ignis vt vincerēt per xp̄i potētia3. In specie ligue vt instruerent p sapiam ꝛ haberēt oīs ydeomatis differentiā. Act.ii. Ceperūt loq variis linguis ꝓut spūssanct⁹ dabat eloq ills Tercio miss⁹ est spūssāctus sicut vacillantiū ɔfirmator. Iob.iiii. Vacillantes cōfirmauerūt s̄mones tui ꝛ genua tremētia confortasti. Vas luteū qn̄ est recens non habet qualitatē aliā quā luti cedit oī tactui ꝛ omni ipulsui

Sic apl'i et omis homo q est vas luteū
p naturā. Iob. x. Memēto q̄so ꝙ sicut
lutū feceris me. Nullo mō pōt pfecte
resistē tēptatiōibus seculi ex sua ppri
a q̄litate sed si vas luteū desicceť ꝛ cō-
burať ad ignem fit solidū duꝝ ꝛ sono
rū. Et ita apl'i se habebāt ꝛ alii viri sā-
cti in ecclesia. ꝙ q̄n accēdunť spūsan-
cto cōtra oēs tribultationes seculi for
tes fiūt. Act. i. Accipietis virtutē supue
nientis spūsci i vos ꝛ eritis mihi testes
B In teste fm ysid. tria ꝯsideranť.
natura. cōditio ꝛ vita. Natura vt sit vir
n̄ feia qa sex⁹ ille istabilitatē solet hr̄e
ānexā. Cōsiderať ꝯditio vt sit liber nō
seruus qa fu⁹ metu dn̄oꝝ faciliť a ve
ritate solet abduci. Cōsiderať vita ne
sit ifamis in se q de aliis debꝫ testimo
niū phibē. Ec ppter ista plati ecclesie
q vel sūt effeminati libidinose viuēdo
vel seruilis cōditiōis mūdo ꝛ māmo-
ne seruiēdo vl' lesi i bona opiniōe pub
lice delinquēdo nō sūt cōueniētes te-
stes xp̄i nisi spūsancto confirmati: sed
fuerūt apl'i viriles p cordis ꝯstantiā. li
beri et sine timore p veritatis abundā-
tiā. famosi ꝛ bone opiōis p sāctitatis in
undantiam. Et de eis scribiť Act. iiii.
Virtute magna reddebant apl'i testi-
moniū resurrectōis dn̄i nostri. Et ista
tria tangit beat⁹ Aug. Talis est iquit
gratia spūssancti. ꝙ si tristiciā inuenit
dissoluit: si desideriū pniciosū ꝯsumit
si trepidationē abicit. In hoc ꝙ dissol-
uit tristiciā: dat cordis firmitatem. In
hoc ꝙ desideriū pniciosū ꝯsumit dat vi
te sanctitatem. In hoc ꝙ trepidationē
abicit dat cōstantiam ꝛ libertatē. Vn̄.
Gregori. iiii. super Ezechielē. Cōside
ro p̄res noui ꝛ veteris testamenti Da-
uid Danielem Amos Petrū Paulū ꝛ
Matheum et apertis oculis fidei itu-
eor Implet nanq̄ spiritussancti gra
tia puerum citharedū ꝛ psalmistā fa-
cit. Implet abstinentem puerū ꝛ iudi
cem seuum facit. Implet pastorem ar
mentariū ꝛ pphetam facit. Implet pi
scatorem et pncipem apl'orū facit. Im
plet persecutorē: ꝛ doctorem gentium
facit. Implet publicanū et pmū euāge
listam facit. Hec Grego. Exemplū de
Petro. qui cum esset vas luteū nō con
bustum advocē ancille ostiarie nega-
uit cristum quem postea coraꝫ Nero-
ne et mundi principibus constantissi-
me pdicauit. Et ideo signāter petiuit
ps. dicens. Spiritu pncipali confirma
me et tunc constanter docebo iiquos
vias tuas ꝛ impii ad te conuertentur.

C. X. LEC. CXXV.

n

Ec illū qui primo format⁹
est a deo pater orbis terra
rū cum solus esset creatus
custodiuit ꝛ eduxit illū a de
licto suo et eduxit illū de limo terre ꝛ
dedit illi vtutē ꝯtinēdi oia. Hic desigť
decimū capitulū ꝛ ē scd̄a ps hui⁹ libri
q̄uis nōnulli antiq signauerūt capitu
lū paꝝ an̄ ibi. Nam p sapiam sanati
Quos i pncipio libri diuidēdo seq̄bar
sed qa hoc modicū refert vel nihil ad
libri processū modo tamē sequi malo
capitula cōmuniť cōputata Vn̄ postq̄
salomō multipliciter declarauit sapie
nobilitatē. ꝛ magnā fecit de ea cōmē-
dationē fm ipius effect⁹ generales In
ista parte psequitur sapie vtilitatē q̄tū
ad quosdā effectus speciales ostēdēdo
in pticulari quō singulares quedā per
sone fuerūt p sapiam in bono cōserua
te ꝛ a malo pseruate Vn̄ ab ista pte
vsq̄ ad finē libri poniť exēplificatō
i pticularib⁹ gestis ꝛ historiis de bn̄fi

ciis q̄ hoībus ꝑ ſapiam ſūt collata⁊ de ſuppliciis q̄ ꝑ eandē peccatoribꝰ ſūt illata. Et diuidit̃ hec ſc̄da ps huiꝰ libri i duas ṗncipalit̃. Nā ṗmo agit de bn̄ficiis collat̄ ꝑ ſapiam q̄buſdā pſonis. Secūdo agit de bn̄ficiis vni toti pplo certe natōis viꝫ iſrl̄itico. Sc̄da ps ibi. Hec pplꝫ: Infra eodē. c. Pria ps diuidit̃ i ſex ꝑtes ſꝫ ſex pſōas q̄s deſcribit⁊ oñdit a ſapia gubernatas fuiſſe viꝫ Adā Noe Abrahā Loth Iacob et Ioſeph. A

Pria ḡo ps q̄ eſt lectio pn̄s ē de adā cui ꝯtulit ſapia dei q̄nq̄ ꝓrogatiuas ⁊ grãſ ſpẽales. Ipē ei habuit prn̄alē ꝓeminētiā ad genꝰ hūanū ꝓpagandū. Originalē inocentiā ad ſemetipꝫ cōſuandū ſitualē excellētiā ad iocūde ihabitādū rationalē magnificētiaꝫ ad creaturas gubernādū. ⁊ finalē idulgētiā ad deū poſt pctm̄ recōciliādū Dicit ḡo ṗmo ſic Hec. i. ſapia icreata. illū. i. Adā q̄ ṗmo formatꝰ eſt a deo. pr̄ orbis terrarꝝ. i. q̄ ꝓordinatus fuit a deo ṗncipiū ⁊ radix totiꝰ hūani generꝭ q̄d mō eſt diuiſū in diuerſis ꝑtibꝰ orbis terrarꝝ. Ecce pat̃nalis ꝓeminētia ad genꝰ hūanū ꝓpagādum. Generaſſent eni hoīes i ſtatu inocētie ſine feruore ſine dolore ſine pudore. Hec ũ illū. i. Adā cū ſolus eſſet creatꝰ cuſtodiuit id eſt origialē innocētiā ſibi dedit q̄ ſēper ſe⁊ ſuos cuſtodiſſe potuit. Habuit eni aīa ſua illa perfectū dominiū ſup̄ corpꝰ q̄d nunq̄ ſenſiſſet infirmitateꝫ ab intriſeco nec leſionē ab extriſeco nec deceptionem ab aliquo ſi i ſtatu inocētie perſtitiſſet hec habuit cū ſolus eſſet creatꝰ. i. anq̄ genꝰ hūanū ꝑ generatōeꝫ ml̄tiplicaſſꝫ tūc q̄dāmō ſolꝰ fuit q̄a ſolꝰ in ſexu viri li exiſtēs vl̄ cū ſimplicit̃ eſſet ſolus añ formationē mulierꝭ de coſta. Ecce originalis inocētia ad ſemetipſū ꝯſeruādum. Et iſtā iuſticiam originalem naturalit̃ in filios tranſfudiſſet ſicut modo parētes tranſfundunt peccatū originale. Tertio illum Adam eduxit a delicto ſuo dando illi finalem idulgētiam ad deū poſt peccatū placandum Et iſtud beneficiū ꝓpter ſui magnitudinē enumeratur āte duo alia que ſequūtur. licet poſterius ſit collatū. Dedit eni Ade gratiam penitentie ꝓ peccato ſuo ⁊ remiſſionē eiuſdem peccati. Et q̄tum ad hoc dicit. Et eduxit illum a delicto ſuo hoc autē factum fuit icōplete ꝑ ipſius Ade cōtritionem. Sed ꝑfecte ⁊ cōplete per xp̄i paſſioneꝫ Quarto hec ſapia icreata dedit Ade ſitualem vel localē excellentiaꝫ ad iocunde inhabitandū. Sicut eni narrat hiſtoria ſcolaſtica ſuper Gen̄. Creatus fuit homo in agro damaſceno ⁊ inde trāſlatꝰ i paradiſum qui eſt locus delicatiſſimus vbi modo manet Enoch ⁊ Helyas. ⁊ continuantes vitam ſuam ꝑ eſum ligni vite ⁊ aliorꝝ que ſūt ibi. Et q̄tum ad hoc dicit. Et eduxit illum de limo terre. i. de agro damaſceno in q̊ formatꝰ fuerat de limo illiꝰ terre trāſtulit in locum ameniſſimū paradiſi. Geneſis ſecundo. Plantauerat autem dominus deus paradiſum voluptatis a principio i quo poſuit hominē quē formauerat. Quinto hec ſapiētia dedit Ade rationalē magnificētiā ad creaturas gubernādū. Et q̄tū ad h̄ dicit. Et dedit illi virtutē continendi oīa id eſt rationem ⁊ cognitionē qua potuit omnibus creaturis dominari. Geneſis ṗmo. Dominamini piſcibꝰ maris et volatilibus celi et vniuerſis animantibus que mouentur ſuper terrā a Dubitatio lr̄alis Vtrū. Adam i ſtatu inocentie fuit a deo rōnabiliter cuſtoditus. Q̄ d̄ nō: q̄a crudelis pr̄ eſſꝫ q̄ ꝑmitteret filiū ſuū pugnare i duel-

lo in quo pſciret eũ eſſe vincẽdũ. Sed dñs pſciuit Adã filiũ ſuũ per creationem vincẽdũ eſſe per tẽptationẽ futuram per diabolũ. Ergo crudelis fuit nõ cuſtodiẽdo illũ ab illa tẽptatione g eũ pro tũc nõ rõnabilit custodiuit: pp ſi deus eũ cuſtodiuit. g nõ debuit permittere tẽptari. Rñdet mgr ſniaꝝ di. xxiii. c. p. ꝙ glioſius eſt nõ cõſentire q̃ tẽptari nõ poſſe. Et iõ deꝰ eũ tẽptari pmiſit vt inde glioſiorẽ reportaſſet victoriã. Sed cõtra ſciuit eũ vincẽdũ. g nõ exſpectauit hoĩs victoriã. g nihil ẽ dictũ ꝙ ideo pmiſit ꝙ homo vinceret pp: ſapiẽtis eſt vnũqdꝙ ordinare in finem ſuũ ita ꝯueniẽter ſicut põt ab eo ordinari: ſꝫ finis hoĩs eſt btitudo ⁊ beatitudinẽ potuiſſet homo attigiſſe cõueniẽter ſine tẽptatiõe et ſine pctõ qa illa ſũt ĩpedimẽta a btitudine cõſequẽda. pp: ad bonũ cuſtodẽ ptinet pcauere et remouere oĩa pericula ab illo quod eſt ſue cuſtodie cõmiſſũ g deꝰ debuit tẽptatiõnẽ amouiſſe Ad oppoſitũ dicit in lr̃a ꝙ ſapiã increata cũ ſolꝰ eſſet creatꝰ cuſtodiuit illũ Ad q̃ſtionẽ dicẽdũ ꝙ deꝰ eũ cuſtodiſſe dicitur ꝙ ſibi de iuſticia origiali ⁊ gr̃a ꝓuidit per q̃ ſemetipꝫ potuit cuſtodiſſe ſi voluiſſet. Pro argumẽtis eſt notãdũ. ꝙ ſicut docꝫ Dionyſiꝰ. c. iiii. de di. no. Prouidẽtia dei nõ ẽ nature corruptiua ſed ſaluatiua. Vñ ad ꝓuidẽtiã dei ptinet reruꝫ naturas admĩſtrare ſicut condecet bonitatẽ vniuerſitatis. Scdo notat ꝙ bonitas totiꝰ p̃põderat bonitati ptis. Vñ ſi aliqd eẽt meliꝰ pti q̃ toti qd tñ tali toti cederet in p̃iudiciũ: ptinet ad bonũ gubernatorẽ tale cõmodũ pti ſubtrahẽ vt habeat pfectio totius. Licet enĩ ſm imaginatiõnẽ melius eẽt pdere pedes q̃ caput tñ meliꝰ ẽ toti hoĩ hr̃e vnũ caput et duos pedes quã duo capita et vnũ pedẽ. Ad ppoſitũ ergo dicẽdũ ꝙ decuit deo creare vnũ vniuerſũ in quo eſſet varietas ſpecierũ et naturarũ ad oſtẽſionẽ ſue bonitatis inter quas ſpecies hõ eſt q̃dã de nobilibꝰ. Nõ ãt poſſet homo eẽ homo niſi eẽt peccabilis et tẽptabilis ad peccãdũ. Et ideo facere ꝙ hõ non poſſet fuiſſe tẽptatꝰ ⁊ feciſſe hoĩeꝫ. cõtradictionẽ icludit. Sed diceres. Potuit eũ ſic dotaſſe gratiis naturalibꝰ ⁊ infuſis ꝙ fuiſſet imutabilis ad malum ſicut erit poſt btitudinẽ. Dicẽdũ ꝙ licet deꝰ h̃ potuiſſet de potẽtia abſoluta nõ tñ de potẽtia ordinata. Natura enĩ hominis eſt ꝙ ptingat ad btitudinẽ per bonũ vſũ liberi arbitrii. Hoc autẽ requirit mutabilitatẽ ⁊ peccabilitatẽ ⁊ poſſe tẽptari et huiꝰmodi. Et iõ rõnabiliter ad pfectũ hominis pmittit eũ eẽ peccabilẽ et tẽptabilẽ ⁊ ad magnã ſibi ceſſiſſet vtilitatẽ ſi tẽptatꝰ viciſſet. Ad pmũ dicẽdũ q licet deꝰ pſciret adã vincendũ. ſciuit tñ ꝙ natura ſua erat ad hoc iſtituta vt foret p tẽptatões pmiata ⁊ ideo decuit eũ pmittere tẽptari vt vtute ſua vteret quã fruſtra accepiſſꝫ niſi ea vti potuiſſet Ad. ii. ꝙ mgr̃ ſen. ſatis dicit ſicut patet p dicta: qa cũ factus eſt vt p victoriã ad btitudinẽ pueniret et victoriã hr̃e nõ poſſet niſi per pugnã. Preſeruare eũ a pugna. eẽt eũ ĩpedire a victoriis ad quas fuit ordinatus. Ad tertiũ dico ꝙ hõ eſt ordinatus ad btitudinẽ ſic ꝙ eã mereat declinãdo a malo ⁊ faciẽdo bonũ vñ via cõis hoĩ cõceſſa eſt p victoriã tẽptationũ. Vñ hec ẽ negãda ꝙ hõ põt ita cõueniẽter attigere btitudinẽ ſñ tẽptatione ſicut cũ tẽptatõe In cuiꝰ ſignũ xps ipſemet tẽptatões ſuſtinuit ab extriſe

co tam a demonib⁹ q̄ a malis hoibus.
Ad quartū dicēdū ꝙ tēptatio nō ē hoi piculosa nisi velit vinci sed est sibi necessaria et gl̃iosa et ideo a bono cu stode pmitti debuit. Vñ Aug. sup ps lx. Vita nr̃a in hac pegrinatōe ꝛ ꝓfe ctus nr̃ per tēptationē fit nec sibi quis q̄ innotescit nisi temptatus nec potest coronari nisi vicerit nec potest vincere nisi certauerit. nec potest certare nisi iimicū ꝛ tēptatōnes habuerit. Idē sup ps. lxi. Tātū ꝫ pmittit diabolū tēptare quātū tibi prodest vt exercearis ꝛ ꝓbe ris vt qui te nesciebas a teipso iuenia ris. De ista materia loquit̃ Ambrosi⁹ in quadā ep̃la Deus oīꝫ ipse rector ac dn̄s cū oīꝫ angelorū milicia certamē tuū exspectat tibiqꝫ cōtra diabolū di - micāti parat et̃nitatis coronam Quā nobis concedat christus Amen.

LECTIO.CXXVI.

a Bhac vt recessit iiust⁹ in ira sua per irā homicidii fr̃nitatis depe riit. ꝓpter quod cū aqua deleret terrā sanauit iterū sapia per cōtēptibile li - gnū iustū gubernās Postq̄ Salomō declarauit gubernationē tā vtilē q̄ mi rabilē quā exercuit sapia increata cir- ca psonā ipsius Ade. quē mirabilit̃ in agro damasceno creauit ꝛ i padiso ve- nerabiliter collocauit et a pctō finalit̃ liberauit. hic ꝓsequit̃ de sapie guber- natione quā fecit circa psonā ipi⁹ noe. Vbi sciendū ꝙ sicut scribit̃ Geñ. vi. Tēpore noe tāta fuit hoim malicia ꝙ oīs caro corruperat viā suā. ordinauit ꝙ de⁹ per diluuiū dissipare totū gen⁹ hūanū exceptis octo personis. que fu runt de familia Noe scilicet ipso noe cū vxore sua: et tribus filiis suis Sem Cam et Iaphet. et vxoribus eorūdem Hec ergo fuit vtilissima gubernatio q̄ sapiētia custodiuit Noe dans sibi pre ceptū de archa fabricanda. In quā de singulis specieb⁹ aīmaliū introduxit. Factū est ergo diluuiū vniuersale post duo milia sexcētos. lvi. ānos ab origi ne mundi. Et quia causa diluuii fuit multiplex malicia. Chayn et seminis sui. Ideo spiritusscūs ostēdēs quomo do sapientia custodiuit noe tempore diluuii. In sapientia Littera incipit a primo peccato Chayn qui ab illo pri- mo peccato continuauit maliciaꝫ per desperationē et aliorꝝ peccatorꝝ mul tiplicationem tam in se q̄ in filiis su- is. donec per diluuiū tota illa cogna- tio periit ex integro. A Et de fi- liis seth omēs preter octo personas vt dictū est in hodierna lectōne duo fiūt primo narrat̃ Chayn maliciosa trās- gressio. Scdo Noe gloriosa liberatio Scda ps ibi. Propt̃ quod. Dicit ergo p̄ mo sic. Ab hac vt recessit iiust⁹ in ira. id est postq̄ recessit Chayn ab hac. i. sa pientia iiustus in ira sua. id est per irā suā qua voluit interficere fratrē suum per iram homicidii. Frat̃nitas depe- riit id est cessauit eē fraternitas: qa de structo vno relatiuorꝝ destruit̃ et reli quum. Nec plures adhuc fratres fue runt et ideo mortuo abel frat̃nitas to ta fuit destructa. Vel p irā homicidii frat̃nitas deperiit id est amor ꝛ grati tudo que inter fratres debēt iueniri. Et bene dicit quia Chayn recedēdo a sapia icurrit homicidiū: prius eni in ordine nature homo dimittit deum et recedit ab eo q̄ deus recedit ab eo per gratiam. Prius enim ordine nature homo peccat q̄ priuatur gra- tia licet simul tempore. Vnde Bern. dulcis iesus primus est in accessu ꝛ vl- timus in recessu. Iob. xxi. De pctō

ribus dicitur. Dixerunt deo recede a nobis: scientiā viarū tuarꝝ nolumus.

Scdo in ista lectione narratᷣ gl'iosa liberatio ipsius Noe de diluuio generali Et q̄tū ad hoc dicit sic ꝓptᷣ quod. s. pctm̄ Cayn ⁊ posteriorꝝ suorꝝ tā imitatione q̄ generatione Geñ. vi. Corrupta est terra corā dn̄o ⁊ repleta est iniquitate. cū aq̄ deleret t̄rā. id est cuꝫ aq̄ diluuii deleret hoīes ⁊ bestias in terra habitātes. Iterū sapiā q̄ deꝰ est sanauit sanando genꝰ hūanū gubernans iustū Noe scꝫ. Geñ. vi. Noe vir iustꝰ atqꝫ perfectus in generationibus suis De isto Noe dicit Arist. libro de pomo vbi dicit ꝙ oēs hoīes in hoc errabāt ꝙ stellas adorauerūt ⁊ corpa celestia vsqꝫ ad aduētū Noe Per cōtēptibile lignū: id est p archā de lignis fabricatā Ge. vi. Fac tibi archā de lignis leuigatis. id est politis Et dicitur archa cōtēptibile lignū qa forte iudicio nautarꝝ figura arche fuit valde rudis. Circa istā liberōeꝫ Noe notāda sᷣt tria. Prīo de diluuii cā. Scdo đ eiꝰ duratōe vl' mora Tertio de archa Quātū ad cāꝫ ē sciēdū ꝙ materia oīs pluuie est vapor eleuatꝰ a t̄ra ⁊ aq̄ v̄tute sol' q vapor p calorē sol' imissū sibi: ascēdit vsqꝫ ad locū frigidū vbi frigꝰ occurrēs subintrat nubē ⁊ cōdēsatur in aquā. Vn̄ qn̄ mlti vapores eleuātᷣ quos calor solis nō sufficit desiccare et in materiā digerere in aere tūc fiūt mlte pluuie: sicut patet in hyeme. Quādo aūt calor solis est fortis et vapores eleuatos sufficit desiccare et in aerē digerere. tūc fiūt pauce pluuie: sicut patet in estate a Dicēdū est ergo ꝙ causa p̄ncipalis effectiua diluuii fuit deus volēs punire pctā generis hūani. Causa istrumētal' effectiua sol. Causa dispositiua demeritorie: homo peccās Causa materialis vapores mlti eleuati de t̄ra ⁊ aq̄s fuerūt: sicut aliarū pluuiarꝝ scđꝫ Arist. ii. metheo. Qualitᷣ vero pctā creuerūt et malicia hoīm mltiplicata est sup terrā narrat Metodiꝰ martyr magis in speciali q̄ Moyses Geñ. vi. Dicit ergo ꝙ q̄ngētesimo anno p̄me cicliadis id est p̄mi millenarii mundi filii Cayn abutebantur vxoribus fratrū suorꝝ nimiis fornicationibꝰ Sexcētesimo vero anno. mlieres in vesaniā verse supgresse viris abutebātur q̄ngētesimo auteꝫ anno scđe cicliadis inarserūt hoīes in alterutrū coeūtes. Septingētesimo filii Seth cōcupierūt filias Cayn ⁊ ab eis orti sunt gigātes. q̄uis etiā añ hoc gigātes fuerūt sꝫ btm̄ Aug. xv. de ci. dei ꝓhibuerat autē Adā Seth ⁊ filiis suis ꝙ nō cohabitarēt nec matrimonia copularēt cū stirpe Cayn. vn̄ filii Cayn habitauerūt in oriēte in monte Corban. Filii vero Seth habitauerūt circa damascū. Tenuit aūt ista ꝓhibitio viuēte adā quo mortuo filii Seth cōtra ꝓhibitionē patris ꝯiūxerūt se filiabus Cayn ꝓptᷣ earꝝ pulchritudinē ⁊ se totalitᷣ libidini mācipauerūt ꝓpter qđ diluuiū iundauit. B Scdo de mora siue duratōe diluuii est sciendū ꝙ eodē die āno reuoluto quo Noe ingressus est archā eodē die egressus ē. Tertio de archa sciēdū ꝙ erat in fundo q̄drāgularis forme ⁊ nō q̄drata: sed altā pte lōgior cuiꝰ lōgitudo fuit. ccc. cubitorꝝ latitudo. l. altitudo. xxx. fūdꝰ ab angulis in archū ascēdebat ⁊ sūmitas eiꝰ in cubito cōsūmabatᷣ. In latere vero iuxta fundū habuit ostiū per qđ hoīes et aīalia ingrediebātur ⁊ cū in-

gressi essent domin⁹ clausit illud a foris et versus sūmitatē habuit fenestrā quā hebrei dicūt fuisse cristallinā. In ipsa vero archa fuerunt quinq; distinctiones secūdū Strabum. sex vero secundum Augustinū. Ponit enī Augustinus q immediate supra fūdum habuit quoddam spacium vacuū sicut in nauib⁹ contingit quod spacium dicebatur sentina ꝛ supra illud fuit vnū tabulatū et supra illud secūdū tabulatum et tunc supra illud tectū. Spaciū ergo imediatū sub tecto diuisit augustinus in tres partes. Spaciū sub illo in duas partes. ꝛ sic fm augustinū qnq cameras habuit Tres supiores due iferiores. De trib⁹ cameris supiorib⁹ media fuit hoim laterales alia mitiū alia imitiū anialiū De duab⁹ cameris iferiorib⁹ altera fuit appotecaria in q̄ ponebātur cibaria ad esū hoim ꝛ aialium. Alia dicebat̃ stercoraria. Ostiū vero ponūt vbi bicamerata ꝛ tricamerata iungebantur. Aliī istas cameras quinq; in altitudine disponūt ascēdēdo. dicētes ifimā esse sentinā Scdaꝫ appotecariā Tertiā immitiū aialium Quartā mitiū. Quintā hominum Et isti ponunt ostiū in iunctura inter appotecariā et mitiū anialiū. Sed de hac materia nō plus ad p̄sens cū textus videtur esse cōtra vtrosq; de collocatiōe ostii. Geñ. vi. Ostiū arche facies in latere deorsū Recessit iiustus in ira sua Notādū q ira facit iiuriā deo ꝓximo et subiecto proprio. Subtrahit enim deo effectū sue potētie ꝓximo affectū debite beniuolētie. ꝓprio subiecto aspectum rationis ꝛ intelligētie. Primo ergo subtrahit deo effectū sue potentie ꝯuenit enī deo ratione sue potētie culpas iudicialit̃ vindicare bonos specialiter inhabitare et eis liberalit̃ sua bona legare. Sed cōtra ista iniuriatur iracūdus deo in oib⁹. primo aufert a deo vindictā qa ira est deordinat⁹ appetitus vīdicte. Et deus dicit Mihi vīdictā ꝛ ego ret̃buā Ro ma. xii. Et deu. xxxii. Mea est vltio et ego retribuā. Deus enim duo sibi retinuit gloriā ꝛ vindictā alterū supbus aufert et alterū iracūdus. ysaie. xlviii. Gloriam meā alteri nō dabo. Scdo iracūd⁹ deo iniuriat̃ quia expellit eū a quiete sue habitationis. p̄s. Et factus est in pace locus eius. Ira auteꝫ turbat pacē et destruit. puer. xv. Vir iracūdus prouocat rixas Et domū que tota die moueretur et tremeret nullus magn⁹ dominus libēter inhabitaret. Tertio deo iniuriat̃ īpediendo ne legatū dei possit stare. Legauit enī deus pacem hominib⁹. Ioh. xiiii. Pacem relinquo vobis paceꝫ meā do vobis et ideo iracundus tanq̄ excommunicatus est euitandus. Prouerbiorum. xxii. Noli esse amicus homini iracundo neq; ambules cum viro furioso. Secundo principaliter ira subtrahit ꝓximo affectum debite beniuolentie. Teneor enim ꝓximi saluare substantiā famā et personā ꝛ contra ista ira compellit ad nocendum proximo in substantia depredando. In fama diffamādo ꝛ in ꝑsona trucidando. Ecclesiastici. xxvii Ira et furor vtraq; execrabilia. Quia Ecclesiastici. xxviii. Obiurgatio et ira annihilabunt substantiam. Dicit Aristo. iii. de animabus q apis cum eicit aculeum moritur. Et ita est moraliter de iracūdo et appetitiuo vindicte. Dum ei exercet maliciā suā con-

S Ed eſt cura illi nō qa laboraturus eſt: nec qm̄ breuis vita illius ſed cōcertat cū aurificibꝰ et argētariis ſꝫ et erarios imitaꝭ et gloriā pfert. q̄niā res ſupuacuas fingit. Cinis ē enīꝫ cor eiꝰ in terra ſupuacua ſpes illiꝰ ⁊ lu tovilior vita illiꝰ: quoniā ignorauit illum qui finxit ſe et inſpirauit illi anīmā et amat ea q̄ operatus ē et nō euꝫ qui inſufflauit ei ſpiritūvitalē Poſt q̄ reprobata ē vanitas idola fabricātiū ex pte cauſe materialis et formaꝭ. In iſta parte reprobat vanitatē eorūdem ex parte cāe efficiētis ⁊ hoc ī materia vili ſicut de luto. Nā q̄to materia idoli eſt vilior: tāto magis ſūt deriſibiles idola fabricātes de illa ⁊ etiā talia idola adorātes. Vn̄ ſpūs ſctūs deridꝫ hic ſpecialiter figulos idola gentiū fabricātes de materia fictili Et circa hec duo facit. Nā p̄mo eos abſolute vitupat. Secūdo eos fabricantes idola aliis cōparat ibi. Hic enī ſcit ſe ſup omēs.

A Circa p̄mū duo facit. Primo tales opifices arguit de negligētia bōe cōſideratōis: q̄tū ad laborē ꝓpū et corporalē fragilitatē. Scđo eos redarguit de vehemētia falſe opīōis circa humane vite bonitatē. Secūda ps ibi. Sꝫ eſtimauerūt Circa primū quattuor facit. Nā p̄mo arguit tales de negligētia. Secūdo de vana gloria. Tertio de ſpe ſupuacua. Et quarto de ignorātia nimis fatua. Negligētes vero ſūt ī eo ꝙ nō curāt de laboris ſui q̄titate: nec de ſue vite breuitate. et q̄tū ad hoc dicit ſic. Sed eſt illi cura: nō qa laboratu rus eſt: ſed nec qm̄ breuis eſt vita illiꝰ. Iſtā negligētiā patiūꝭ oēs cupidi qui continue circa diuitias et honores laborant et vite ſue breuitatē nō cōſide

rāt: sed cōcertāt cū aurificib⁹. id ē qui in auro opāt: et argētariis. i. q operāt ī argēto. ecce vana glīa figuli q certat cū nobilib⁹ artificib⁹ vt opet ita subtilit ī luto sicut ali⁹ ī metallo. sed et erarios. i. illos q opāt in ere et in q̄cunq alio metallo imitat et gloriā p̄fert. i. inutilit se iactat querēs gliā p̄ferēdo opus suū operib⁹ artificū aliorū. Et iō se inutilit p̄fert: qm̄ res supuacuas fin xit. i. inutiles c Reprobata eorū negligētia et vana glia hic reprobatur tertio eorū spes supuacua in idolorū cultura. que quidē cultura reprobāda est vt mala excogitatōe. affectōe ⁊ tota cōuersatōe. Quātū ad cogitationē dicit sic. Cinis enī ē cor ei⁹. hoc ē cogitatio cordis illi⁹ q adorat vile idolum ē cinis. id est circa cinerē sicut circa obiectū suū Act⁹ ei specificāt et denomināt frequēt ab obiecto sicut cogitatio cupidi ē aurū. Et t̄ra supuacua spes illius. q̄tū ad affectōe3. et luto vilior vita illius. i. conuersatio adorātis idolū: vilior ē ipō luto qd adorat et cui se sbdit. Moralit ī cinere q vēto agitat designatur superbia vite. In t̄ra cōcupiscētia oclorū. In luto cōcupiscētia carnis. Quarto reprobat eos de ignorātia ppria ppter quā inciderūt in tot errores. Vn̄ subdit qm̄ ignorauit eū q se finxit sc3 deū. De q̄ ī ps. Qui fixit sigillatim corda eorū. et q illi inspirauit aiā3. Gn̄. ii. Inspirauit in facie3 ei⁹ spiracl3 vite. et amat q̄ opat⁹ ē sc3 figul⁹ amat idola sua et nō eū q insflauit ei spiritū vitalē. i. deū. qa illū ignorat nihil aūt ignotū ē amatū. breuis est vita illi⁹ a Circa illā clausulā notādū ē ꝙ int oia q̄ ꝯsiderare debē⁹ ad v̄tuose viuēdū maxie nobis cōfert pōderare diligēt vite p̄nt innumerabiles q̄litates et cōditōes. Vn̄ aug⁹. li. suo de oratōe dicit sic. Cogitem⁹ q̄ breuis sit vita nr̄a: q̄ lubrica sit vita nostra: q̄ icerta mors nostra. cogitem⁹ ꝙ lugentes hācvitā intrauim⁹ cū labore viuim⁹ et cū gemitu exituri sum⁹. cogitem⁹ cū q̄tis amaritudinib⁹ mixtū sit: si qd dulce ē: si qd iocūdū. in huius vite via occursu suo nobis alludit q̄ fallax q̄ suspectum q̄ instabile q̄ transitoriū sit si quid amor mūdi parturit qcqd spēs ⁊ pulchritudo tēporis pmittit. et postea enumerat multas hui⁹ vite miserias: quō cū peccatis ītrauim⁹ et peccata peccatis cumulauim⁹. Et tādē subdit. qs enim oia mala hui⁹ vite enūerare pt? Vt enī p̄t̄mittam⁹ ea mala q̄ oēs cōit oppmūt q̄tū putam⁹ singulorū secreta picula quorū qq; sibi cōscii sūt. Si qs enim cogitare voluerit a iuuētute mala q̄ fecerit que sustinuerit ponatq; an oculos tpa p̄terita dies vite sue cōsideret diligent: que et quot picula et q̄tos labores inanit ptulerit q̄tiēs ad huius vite honors frustra desudauerit. quotiēs in laboriosis conatib⁹ fallaces exit⁹ inuenerit pfecto sciet qd de hac vita iudicet. Vn̄ Salomō Qui addit scia3 addit et dolorē. q̄to enī hō seipm̄ pluf intelligit tāto pl⁹ suspirat et ingemiscit. hec aug. Habet ergo vita ista durationis breuitatē. afflictōis acerbitate3 et termiationis ambiguitatē. Hab3 eī prīo durationis breuitatem. Iux̄ illd Iob. xiiii. Hō nat⁹ de muliere breui viuens tempore. ⁊c̄. et infra. Breues dies hois sūt. Et q̄uis hoc sit de oī homine magis tamē ista breuitas apparet in magnis personis sicut sūt pōtifices atq; reges. horū enī anni crebri⁹ ꝯputātur cū dicit. Anno regis talis ⁊c̄ Pōtificat⁹ nostri anno tali ⁊c̄. Vn̄ Ecci. x

Omīs potētat⁹ breuis vita. et forte ad litterā malū regimē corporis ⁊ excessus deliciarꝝ in cibis et potib⁹ et voluptatib⁹ huius agit fortasse ad vite eorū breuitatē B Quia Ecci. xxxvii. dr̄. In mltis escis erit īfirmitas. ⁊ cito post. Propter crapulā multi obierūt Disputat Macrobi⁹. ii. saturnalium. vtrꝫ difficilioris digestiōis sit cib⁹ simplex et vniformis. Et rn̄dꝫ ad istā q̄stionē. Dysari⁹ philosophus asserēs ꝙ cib⁹ multiplex ē difficilioris digestiōis Qd̄ probat qnqꝫ rōib⁹ quarū tria sūt exēpla ꝑ rudib⁹. Prīo eni videm⁹ ꝙ pecudes q̄ simplici alimēto vescūt̃ saniſsime sunt et siquidem inter pecudes alique infirmāt̃ ille potissime īfirmātur quas hoīm voluptas ꝑ varietates ciborū nitit̃ saginare. Secūda rō est ꝙ cib⁹ simplex facili⁹ digeritur. In cui⁹ signū omīs medic⁹ simplici cibo reficit infirmū tāq̄ natura debilis facili⁹ simplicē cibū in sui naturā cōuertat. Tercia ratio est ꝙ sicut citi⁹ nocet varietas vinorꝫ q̄ idem vinū in equali sūptū quātitate ita varietas ciborū in aliq̄ q̄titate plus resistit nature q̄ vn⁹ cibus i ꝯsimili q̄titate. Quarta rō ē quia qui similē cibū sumit si postea īfirmetur: facili⁹ sue infirmitatis cā perpēdit̃. et per ꝯn̄s pōt sibi facili⁹ cauere vel a tali cibo totaliter abstinēdo vel minuendo q̄titatē cibi q̄ si multis et variis vteret̃: qa tūc nesciret cui de multis possꝫ imputare: ergo simplex dieta salubrior est cēsēda q̄ multiplex. Quinta ratio est talis diuersorū ciborū i stomacho receptorꝫ diuersa ē natura. et ido agente natura vniformit̃ ex pte sui qdā cib⁹ citi⁹ digerit̃ aliis adhuc manētib⁹ crudis. Illd̄ aūt qd̄ ꝑus infra stōachum manēs cōuertit̃ dū expectat illud qd̄ ē postea digerēdū corrūpit̃ et arescit sicut in eructationib⁹ satis patꝫ Ergo quādo cibus ē vniformis ⁊ idē vniformiter digerit̃ et vitat̃ talis putrefactio in stomacho Vnde relinquitur sꝫ eū ꝙ cibus simplex est salubrioris digestionis q̄ cibus multiplex. hec ibi. Quia ergo potētes et dites multī ferculis et variis vescūt̃ ciborū generibus: frequent̃ infirmāt̃ ⁊ citius moriunt̃. et ideo oīs potētat⁹ breuis vita. et in multis escis erit infirmitas. et ī abstinētia vita diuturna. Ecci. xxxvii. dicit̃ ꝙ q abstinēs eū adiicit ad vitā. Huic snīe cōcordat Sen̄. epl̄a. vii. Multos inquit morbos multa fercula fecerūt b Ista tn̄ breuitas vite nostre non ē contra nos sed pro nobis si bene cōsideremus. Quia sicut dicit Ambrosi⁹ in sermōe de quadragesima Ideo deus breuem illam vitam fecit vt molestie eius quia prosperitate vinci nō poterant temporis exiguitate finirent̃. Sapientie. secundo. Exiguum enim ⁊ cum tedio est tempus vite nostre Secundo vita presens habet afflictōis acerbitatē secundum auctoritatē beati Augustini superius allegatam. Et ibi Gregorius. xi. moraliū dicit sic. Si sb̄tiliter considerem⁹ quicq̄d hic agitur pena et miseria est. et cū hoc ipso ꝙ vita nostra tantis repletur miseriis misericorditer dispensatur. Vnde idem Greg⁹. xiii. moral. Secreto dei cōsilio fit vt hui⁹ ꝑegrinatiōis tēpore. electorum vita turbetur. via quippe vita presens est qua ad patriā tendimus. et idcirco hic occulto dei iudicio frequenti turbatione cōterimur ne viam pro patria diligam⁹. Istd̄ satꝭ considerauit sa

lomō q̄n in oībus que fiūt sub sole va nitatē vidit et afflictionē spūs. Et ido Eccs.ii.ca. dicit. Teduit me vite mee videntē mala eēvniuersa sub soleꝛ cū cta vanitatē et afflictionē spūs. Docet Aris. de pbleu. pticula. ii. pbleu. iii. ꝙ aq̄ salsa mlto meli⁹ supportat nauem q̄ aqua dlcis etiā eiusdē quātitatē. Cui⁹ causa est: quia aqua salsa est corpulēti or et densior q̄ aqua dulcis Vn̄ si ouū ponat invase in quo est aqua salsa su- pnatat: si in aqua dulci submergit. Et ob hoc aliqui ignorātes adhuc diuersi tatē. penes grauitatē ꝛ leuitatē in aqs onerati. Primit⁹ in mari dānificati sūt in fluībus sicut dicit. ii. mach. Et ideo securi⁹ cōtingit nauigare in mari q̄ in flumib⁹. Moralit̄ aqua maris est vita p̄ntis tribulatōis q̄ est salsaꝛamara ni mis. Nauis est psona bn̄ onusta v̄tuti bus et gratiis puer. xxxi. Facta est q̄si nauis istitoris de lōge portās panē su um. Ista itaq̧ psona bona mlto securi us nauigat in amaritudīe sclī ꝛ aduer sitate q̄ in psperitateꝛ deliciis. Vt me rito dicat illd Isa. xxxviii. Dn̄e si sicvi uit ꝛ in talib⁹ vita spūs mei corripies me ꝛviuificabis me ecce in pace ama ritudo mea amarissima hoc est in pa- ce cōscīe amaritudo mea amarissima donec totalit̄ per patiā absorbeatur. Querit ergo Aris. pbleu. xxi. pticula xii. Quare post cōmestionē eoꝝ que sūt stiptica: pōtica. vel austera q̄ mltū ab iuicē differūt secundū cōmētatorē Vinū et aqua et vniuersalit̄ oīs pot⁹ videt dulcior. Causa est duplex. Pria causa est: qa contrariū magis apparet iuxta suū cōtrariū ꝛc̄. Alia causa est. quia p talia aperiūt pori lingue ꝛ or ganorū gust⁹. ꝛ sic pot⁹ meli⁹ penetrat et diuti⁹ adheret eis. Isto mō moralit̄ vinū ppetue iocunditatis meli⁹ sapiet aīe postq̄ amarauite p̄ntis degustaue- rit. sicut exeūti de tenebris fit lux ma gis accepta Iob. iii. Lux ꝛvita his q in amaritudīe sūt. Terciovita pn̄s habet termiatōis ābiguitatē Eccs. ix. Sūt iu sti et sapiētes ꝛ opa eoꝝ in manu dei. et ifra ibidē. Nescit hō finē suū ꝫ oīa in futurū seruant incerta. Et iō dicit Sen̄. ꝙ virtuosus debet in opinione et mortis cōtēptu mori anteq̄ finiat vi- tam suā et cōsūmare vitā ante mortē. Dicit iterū Sen̄. eplā. xxxii. Pulchruꝫ est consūmare vitam ante mortem et expectare secure reliquā sui tpis p tem. Et tales illi erāt qb⁹ apls loqbat ad Colo. iii. Mortui enī estis ꝛvita ve stra abscōdita est cū xp̄o in deo ꝛc̄.

LECTIO. CLXXIII.

Sed et estimauerūt lusū esse vitā nostrā et cōuersationē vite cōpo sitā ad lucrū et oporterevndecū q̧ etiā ex malo acqrere. Hic enī scit se super oēs deliquere qui ex t̄ra materia fra- gilia vasa et sculptilia fingit. Oēs enī insipiētes et ifelices supra modū anīe sue supbi sūt iimici ppli tui ꝛ iproperā tes illi. Postq̄ spūssāctus redraguit idolatras de negligētia bone cōsidera tionis circa pprii corpis fragilitatē

A In ista pte redarguit eorū falsaꝫ opinionē circavite humane moralem bonitatē. Est aūt opinio ipsorū repro borum de conuersatione humana sic ꝙ tota cōuersatio hoīs ordinari debet ad duovidelꝫ ad delectatōes siue diui tias. et ad possessiones siue diuitias. ꝛ hoc est quod dicit. Sed estimauerūtvi tam nostrā esse lusum. vel ludum vel luxū. secūdū ꝙ diuersi textus habent hoc est delectationē et voluptatē esti- mauerūt finem esse et pfectionē vite

humane vt homo circa nihil alid solli citari debeat nisi ꝙ fruat̃ deliciis ⁊ vo luptatib⁹ corpis et cũ habũdet diuitiis vñ subdit ꝙ estimauerũt ꝯuersatione vite hũane esse cõpositã id est ordina tam ad lucrũ diuitiaꝝ: et ideo opor- tet vndecũꝗ siue iuste siue iiuste: etiã ex malo acqrere ⁊ ideo tales miseri fi guli studuerũt fabricare idola curio- se vt possẽt ea carius vẽdere idolatris cõsequẽter cõparat figulũ devili ma- teria idola faciẽtem ad alios artifices idolorũ de nobiliori materia fabricã tes. Et circa hoc duo facit. Primo vi- tuperat eũ sicut peccãtẽ scienter ⁊ sin- gulariter. Scđo vitupat oẽs idolatras generalit̃. scđa ps ibi. Oẽs eni insipiẽ tes. Dicit ei de figulo deos fictiles fa ciente sic. Hic eni scit se sup oẽs delin quere qui ex t̃re materia. i. ex mate- ria fictili fragilia vasa ⁊ sculptilia fin git. Igit̃ expsse videt et palpat ꝙ non st̃ pl⁹ hõrãda sculptilia q̃ vasa fragilia Sed nõ solũ iste: sed etiã oẽs idolatre sũt insipiẽtes ⁊ ĩfelices supbi ⁊ bonoꝝ ĩimici ⁊ exprobratores ppl'i dei. vnde subdit. Oẽs eni ĩsipiẽtes quãtũ ad co- gnitiuã cognitionẽ. ĩfelices quãtũ ad effectiuã supra modũ id est vltra mẽ- surã aĩe sue id est ꝓprie bonitatis. sup bi sũt ĩimici etiã ppl'o dei et bonis vi- ris eos ope psequendo et ĩproperãtes illis deridẽdo et diffamãdo ⁊c. a Circa istã clausulã. Estimauerũt lusũ esse vitã nr̃aꝫ. Notãdũ ꝙ Aris. x. ethi. ca. ix. recitat opinionẽ quorũdã et re- probat q posuerũt hũanã felicitatẽ in opib⁹ ludi cõsistere et est hec eadẽ opi nio a spũ scõ reprobata in lectõe hodi erna. Ponit ergo aris. ꝓmo rõem que eos mouit ad ponẽdũ felicitatẽ huma nam in ludis cõsistere: et est ista Quo diuites et potẽtes maxime indigẽt et quo maxime delectant̃ videt̃ potissie ad felicitatẽ ptinere. Sed diuites ⁊ po tentes maxime querũt delectatões lu di vñ psone cõiter ludẽtes sunt eis ca- re et pciose. Ergo videt̃ ꝙ in talib⁹ cõ sistat felicitas. Scđo Aris. istã rõeꝫ euacuat ꝓpt̃ duo. Primo qa nõ est suf ficiens signũ ꝙ felicitas cõstat in ludo propter hoc ꝙ potẽtes maxime i ludo delectãt̃. Nam in illis homĩb⁹ nihil ẽ singulare qđ nõ est in aliis hoĩbus ni si potẽtia vel diuitie. Sed nec diuitie nec potẽtia faciũt opatões eorũ v̾tuo sas. Ideo nõ sequit̃ ꝙ ideo aliqd sit v̾- tuosũ: qa fit a diuitib⁹ et potẽtib⁹. Mi nor patet: qa potẽtie ⁊ diuitie nec cõfe rũt hoĩ v̾tutes morales nec ĩtellectua- les: que sunt pncipia v̾tuosorũ opatio num. Scđo qa si illi qb⁹ nõ sapiunt delectatiões spũales que sũt in exerci cio v̾tutũ moraliũ et ĩtellectualiũ fu- giũt ad delectatões corpales nõ tamẽ ꝓpter hoc sequit̃. ꝙ ille sint eligibiles simplicit̃ ⁊ ꝓpt̃ se. Sicut nec seqt̃ ꝙ pu eri q ĩtellectu ⁊ v̾tute carẽt iudicãt aliq̃ esse pciosa et magni põderis ergo sũt talia. Modo a simili sicut pueris ⁊ vi- ris pfectis. Alia ⁊ alia pciosa videtur. Ita prauis et v̾tuosis alia: ⁊ alia pciosa vident̃. Illđ autẽ simplicit̃ v̾tuosũ siue põderosũ est siue pciosum quod a v̾tu oso laudabile iudicat̃ vl' pciosum. Cũ ergo potẽtes a potẽtia sua v̾tutẽ nõ ha beant. patet ꝙ non sequit̃. Potẽtes in ludo delectant̃ maxime: ergo felici- tas consistit in ludo falsuꝫ est. Tercio Aristo. arguit istã viã triplicit̃ Primo cum felicitas sit finis humane vite. si in opibus ludi cõsistat felicitas. ludus

foret finis vite humane. et ex hoc seq
tur ꝙ homo studeret et laboraret pro
pter ludū quod est stultū et puerile: sꝫ
ecōuerso scđm sniam Anatharsis be
ne se habet dicere. scꝫ ꝙ aliqs ludat ad
horā vt postea meli⁹ studeat quia req-
es est ꝑpter opationē. nō opatio ꝑpter
requiē. Scđo cū felicitas sit sūmū bo-
nū necesse est ꝙ in optimis ꝯsistat. Se
ria autē sūt ridiculosis meliora: ergo
felicitas magis circa seriosa q̄ circa ri
diculosa cōsistit. Vñ Tullius de offi-
ciis. Nō ita a natura generati sum⁹ vt
ad ludū et iocū facti eē videamur. sed
ad seueritatē poti⁹ ⁊ quedā studia gra
uiora atq̄ maiora. Tertio qa nobilio
ris ptis aīe est melior opatio et ꝑ cōse
sequēs in nobilissima pte poni debet
felicitas. sed nihil ꝓhibet hoīem besti
alem corpales delectatōnes maxime
pticipare ergo in talibus delectatōni
bus non est felicitas. q̄uis autē ludus
non sit humane vite felicitas. ē tamē
ludus cōueniēs virtus q̄dam. Sicut ei
homo indiget aliquādo a vexatōibus
corpis requiescere ita īdiget intentio
nem et a studiis seriosis relaxare et a
sollicitudinū anxietate pausare h' aūt
sit ꝑ ludū qui cōsistit ī colloquiis ⁊ col
latōibus cōuenient' inter homines or
dinatis B Est ergo notandū circa
ludū ꝙ ad hoc ꝙ virtuose fiat tria re-
quiruntur videlicet Cōdecentia hone
statis. ꝓuidētia idemptitatis. et carē-
tia superfluitatis. Primū ergo quod a
virtuose ludentibus cōsiderari debet.
est honestatis cōdecētia vt videlicet ta
lis ludus deceat personam ludentem
deceat personas assistentes. Vnde ali
us ludus cōuenit clerico vel p̄lato seu
viro religioso. ⁊ ali⁹ militi armigero
vel famulo. Alius etiā ludus decet se
nes ⁊ ali⁹ iuuenes. quia nō oīa decent.
Fingit. Esopus de asino ⁊ catulo ꝙ a-
sinus cōsiderās catulū ociosū mirabili
ter gratum et acceptū domino delibe
rauit que posset esse causa q̄re domi⁹.
catulū nichil opis facientē tantū dili-
geret. Et deprehēdit ꝙ quotiens dn̄s
domum rediit catul⁹ ei occurrit pedi-
bus et voce modis oībus quib⁹ potuit
dn̄o suo semp applausit. Visū est er-
go et expediēs asino effigiare catulūꝫ
et sic dn̄i sui grāꝫ ꝓmereri: Dn̄o ergo
de rure redeūti occurrit asin⁹ cū īpe-
tu pedes anteriores hūeris dn̄i allisit
et clamore valido rugire cepit. Domi
nus turbat⁹ ⁊ lesus auxiliū cōuocat fa
muloꝶ q asinū validissime fustigatū
a dn̄o abegerūt. Isto mō m'ti sūt qui
putāt ꝙ eos deceat oīs lud⁹ ⁊ tn̄ in rei
v'itate displicēt vbi se putāt placituros
Narrat' fabulose ꝙ minerua iuētis ti
biis incepit fistulare. Cum ergo circa
aquā quādā sufflādo tibias incederet.
cōsiderauit buccaꝶ suaꝶ magnitudi-
nē et tumorē ⁊ visa indecētia vult⁹ sui
ꝓiecit tibias suas necvnq̄ postea volu-
it fistulare. Cōsideret ergo ludēs ꝑsōe
sue cōditionē et honestatē et nihil attē
ptet qđ eū vel statū suū nō deceat ⁊ sp
oīa turpia caueat q̄ aliquo mō ad pec
catū inclinēt. Vñ Señ. de q̄tuor v'tuti-
bus. Oīa tolerabilia p̄ter turpitudinē
crede. A v'bis autē turpib⁹ abstineto:
qa licētia eoꝶ īpudētiā nutrit ꝓmōes
vtiles magis q̄ facetos ⁊ affabl'es ama
miscebis int'dū seriis iocos. sꝫ tēpera
tos et sine detrimēto dignitatis ⁊ v'ecū
die. Nā rep'hēsibilis risus est si īmodi
cus vel īmoderat⁹ vel puerilit' effusus
vel m'liebrit' fract⁹. Odibilē quoq̄ ho

minē facit risus aut supb⁹ aut elat⁹ aut malign⁹. ⁊ furtiu⁹ ⁊ alienis malis euocatis. Hec Sen̄. de ista honestate ⁊ decentia in ludo seruād a dicit. Aris. iiii. ethi. ca. xvi. ꝙ lud⁹ liberalis et disciplinatus differt a ludo seruili et distiguitur in hoc ꝙ ludēs īdisciplinate exponit se duplici dāno. videlꝫ derisioni et suspitioni V n̄ īdisciplinate ludētes in cōmediis scdꝫ eū aliqn̄ patiebant̃ derisionē si videlꝫ inepte dixerūt. Aliqn̄ suspitionē qn̄ videlꝫ turpia dixerunt: qa ꝓbabile est ꝙ q de turpib⁹ ludūt in turpibus delectantur. Et ideo ex puis magna sepe intelligimus sicut docet Tullius Oculorum intuitu ex hilaritate et risu ⁊ huiusmodi. Sicut inquit idē Tulli⁹ de officiis. libro p̄. Pueris nō oēꝫ licētiā ludēdi dam⁹: sꝫ solū circa ea q̄ ab honestis actōib⁹ nō sūt aliena vt sic in ipso ioco semp aliqd probi īgenii elucescat. Et Ambro. d̄ officiis libro p̄mo. Caueam⁹ ne dū aīm relaxare volum⁹ soluam⁹ oēꝫ armoniā q̄si cōcentū quēdā bonoꝝ operꝝ. vsus eni cito inflectit naturā. V n̄ clericos nullo mō decet ꝓcationes mulierū vel meretricea effigiare gestu habitu vel loquela ne hoīes suspicētur eos in talibus p̄cordialit̃ delectari. Itē nec nimie saltatōes decēt clericos testāte illud Criso. sup Matheū. xiiii. Die aūt natalis Herodis saltauit filia herodiadis vbi dicit sic V bi saltatio: ibi diabolus. nec eni ad h̄ deus dedit nobis pedes vt cū camelis saltem⁹: sed vt cum angelis choros faciam⁹. In saltib⁹ exultāt demones et letant̃ ministri demonum. Hec ille. Istam honestatem bene fuauerat illa v̓go Sara filia Raguelis. ꝓpter quod dicere potuit illud Thobie. iii. Nunq̄ cum ludentib⁹ miscui me nec cū his qui in leuitate ambulant participem me prebui. Secundum quod ludus virtuosus requirit est prouidentia idemptitatis vt ludens semper prouideat ꝙ ludus suus sit simplex innocens et innoxi⁹ ne aliquis inde ledatur. vnde qui nihil ī dictis suis ponderant nisi vt risum faciant ne curant quē per dicta sua contristent derisores sunt et homolochi. Et non eutrapoli secundum Aristotelem quarto ethicoꝝ. Et de tali loqtur Salomō prouerbioꝝ. xxvi. Fraudulenter nocet amico suo et cum deprehēsus fuerit dicet. ludens feci Tales ludunt more sampsonis qui tā se q̄ assistētes ludens oppressit Iudicum xvi. Sed nunquid virtuose ludens poterit alteri cōuiciari. Ad hoc satis respondet Arist. iiii. ethi. ꝙ queda sunt cōuicia ꝯtumeliosa: quedā nō. Dicere autem cōtumeliā alicui est eum infamare. et ideo talia cōuicia dicere nullo modo potest v̓tuose ludēs. Sed hoc apud gentiles legib⁹ ꝓhibebatur. Sūt autem alia quedam cōuicia de leuib⁹ que potest conuenienter virtuosus dicere. vel ꝓpter delectationē: vel ꝓpter emendationem sicut exponit ibidem sctūs Thomas. Terciū quod v̓tuosus ludus exquirit est carētia supfluitatis ne vel nimis frequētetur vl̓ nimis cōtinuetur ⁊ quod fiat quādo oportet et sicut oportꝫ. Et quādo debeat fieri dicit Tullius libro p̄mo de officiis. Ludo quidē et ioco vti licet. sed sicut somno et quietibus ceteris. tunc videlicet cum grauib⁹ seriis aliisꝙ rebus satis fecerimus. Distinguit eni sanct⁹ thomas triplex genus ludi sup. iiii. sentē

tiarū.dist.xvi.q. vl.ar.i. Est enī ludus turpis ꝛ inhonest⁹ q in se deformitatem importat et tales fecerūt gētiles corā diis suis ī theatri et tēplis ꝛ ille ē simplicit̄ inhibit⁹ christianis. de pe.d. v. in fine et in mltis aliis locis. Alius est lud⁹ gaudii spūal' qualē faciūt christiani in die corporis christi et qualez fecit dauid corā archa dñi.ii.Re.vi. Terci⁹ ē lud⁹ hūane cōsolationis. cui⁹ medietas vocatur eutrapolia ꝛ v̄tuos⁹ ista v̄tute dicit̄ ab. Aris. eutrapol⁹ que virtus est ita nccia hūano ꝯuictui ꝙ secundum eū proprium eutrapoli est esse epidoxiotem. ab epi qđ est supra ꝛ doxios qđ ē apt⁹ quasi optie aptus ad cōuictū hūanū. Et de tali ludo pōt exponi illud zacha.viii. Platee ciuitatis īplebūt̄ īfātib⁹ ꝛ puellis ludētib⁹

LECTIO.CLXXIIII

q Voniā oīa idola nationū deos estiauerūt qb⁹ nec oculoꝝ visus est ad vidēdū. nec nares ad pcipiēdū spūm. nec auris ad audiēdū. nec digiti manuū ad tractādū. sed et pedes eorū pigri ad ambulādū. hō enim fecit illos. et q spm̄ mutuat⁹ ē finxit illos. Nemo enī sibi silez hō pōt deū fingere cū enī sit mortalis mortuū fingit māib⁹ iīqs

Postq̄ spūs sctūs reprobauit tā culturā q̄ facturā. Facturā ū speal'r reprobauit ex parte cāe formal'. materialis ꝛ efficiēt a In ista parte facturā reprobat et etiā cl'turā ex pte cāe final' Finis ei faciēdi idola et colēdi ē spes suffragiū vel auxiliū cōsequendi cōt defectus vite hūane. sed tales suffragium cōferre nō pn̄t. cū careant oī sēsu motu pgressu ꝛ vita ergo frustra fiunt ꝛ colūt̄. Qđ aūt careāt oī sēsu probat īductiue. sicut pz in littera excepto sēsu gustus de quo nō facit mentionez ī littera. Sz tamē patet eos sēsu tact⁹ carere ꝛ gust⁹ ē quidā tact⁹ sicut dr̄.ii.de aīa. satis liquet ꝙ gustu carēt. Rōnē q̄re carēt sēsib⁹ asserit impotētiā facientis vel efficiētis. q cū sit mortal' mortuum fingit. i. ꝯponit. fingere enī componere dici⁹ scđz greg. vn̄ licet mortalis generare possit viuū per naturā. fingere tn̄ p artē nullaten⁹ pōt viuū. Notādū ꝙ veteres doctores vel postillatores istā lr̄az exponūt de mal' pastoribus ꝛ prelatis quos duplicit̄ describit Primo a dominatoria administratōe Secundo ab intrusoria institutōe. primo ostendit quales reputantur ab aliis. Secundo quales sunt in seipsis. Reputantur enim ab aliis vt dii. vnde eis fiunt genuflectiones. adorationes: supplicationes. Sapiētie.xiii. Rectores orbis terrarū deos estimauerunt. Sed.i. paralip.xvi. Omnes dii populorū idola. Et quātū ad hoc dicit sic. Omnia idola nationum deos estimauerunt. id est malos pastores. Zacharie.xi. O pastor et idolum derelinq̄ns gregem. Quales autem sunt in seipsis subiūgit. quia aliud sunt q̄ apparent. Apparent enim viui et sūt mortui. qđ manifeste probatur per carentiam sensus et motus a Deficiūt aūt in prelatis omnes quinq₃ sēsus spirituales qb⁹ regē debēt tā in ppa ꝯuersatōe q̄ ī subditoꝝ regimine Prio enī carēt v̄tute visiua discretōis ꝛ scie: qua discernē debēt inter leprā et leprā. Carent cognitōe non solū sacre scripture sz et oīs sciētie naturalis et liberalis Isti excecātur puluere terrenoꝝ et stercoribus hirundinū. Thobie.ii. et ideo dicit̄. Isa.lvi. Speculatores eius

ceci sūt oēs. Isti nihil vidēt et tñ vidēt tpalia ad emēdū ꝛ disponēdū ea Iere. iiii. dicit᷑. Aspexi terrā et ecce vacua erat et nihil. Et sapie.vii. c Diui tias nihil eē dixi. Scdo carēt spūali ol factiua qua vtute sentit᷑ odor ille. quo aīe deuote currūt post spōsū. Cant.p. Curremꝰ in odore vnguētoꝝ tuorū. Odor spine florētis aufert cani odorē pde Moralit᷑ spine florētes sūt diuitie cū hōribꝰ ꝛ dignitatibꝰ q̄ tm̄ redolēt in naribꝰ platoꝝ ꝙ odorē pde celestis vl᷑ xp̄i quē insequi deberēt currēdo tota liter amiserūt: de qbꝰ p ps. dicit᷑. Nares habēt et nō odorabūt. c Tercio carēt vtute auditiua in auribꝰ. Duas eni aures spūales debēt hr̄e. Vnā ad audiēdu delectabilit᷑ ꝛ libēter vbū dei. aliā ad itelligēdū facilit᷑ clamorē egeni. pma auris est dextra. scda est si nistra Sꝫ plati moderni nōnulli more aspidis surde. dextrā aurē obturāt ter ra et sinistrā cauda. qa si offerat᷑ ei copia vbi dei. Dicūt ꝙ nō vacat eis audi re. Oportet eni eos de t̄ris. redditibꝰ. et placitis hr̄e cōsilia Si clamēt paupe res p elemosina obturāt aurē sinistrā cauda. Dicūt eni. Tāta familia nobis est necessaria tot milites tot clerici tot armigeri. tot seruiētes: tot famuli: tot ribaldi. ꝙ vix sufficiūt quecūq̄ ɖ eccl'a possidemꝰ. Et iste due surditates. red dunt eoꝝ orōes execrabiles ꝛ inefficaces. De pmo puer. xxviii. Qui declinat aurē suā ne audiat legē orō eiꝰ fiat execrabilis. Apocal᷑. ix. Ptās in ore eoꝝ et in cauda eoꝝ. Et cōsilit᷑ ptās p latorū est in ore eoꝝ p iperiū ꝛ in cau dis h̄ est in mag̃ familia p misteriuꝫ. De scda puer. xxii. Qui obturat aurē suā ad clamorē paupis ille clamabit ꝛ nō exaudiet᷑. Quarto carent vtute gustatiua spūali q̄ gustat᷑ a scis. q̄ suauis est dñs. Patiunt᷑ etiā febres vario ꝛ pctōꝝ qa mō ifrigidātur per timorē pdendi mūdialia. mō calescūt p rācorē semetipos vlciscēdo de iiuria. mō sudāt torpore in deliciis ꝛ desidia

Ideo habēt gustū ifectū ꝛ nō sapiunt que dei sūt. Propt᷑ qd Col᷑. iii. eis dr̄. Que sursū sūt sapite nō q̄ sup t̄rā Et ps. Gustate ꝛ videte quoniā suauis est dñs. Dicit Aristo. de pbleu. pticula xxii. pbleu. v Putridos fructꝰ comedē tibus vinū dulce videt᷑ amaꝝ. qa ama ritudo manet diffusa in lingua eoꝝ ꝛ magis diffūdit᷑ p vinū. Moralit᷑ in p latis nōnulli fructꝰ putridos volupta tū carnaliū comedunt᷑. et iō vinū deuotionis et spūalis cōtēplatiōis nihil eis sapit Lu. xiiii. Nēo illoꝝ viroꝝ q vocati sūt gustabūt cenā meā. Quito carēt vtute tactiua spūali. et quātū ad hoc dicit ꝙ nō sūt eiꝰ digiti manuū ad tractādū. Et bñ dicit manuū in plura li. qa manus spūales habere deberēt: dexterā qua reuerenter tractēt miste ria sacramētoꝝ et sinistrā qua suauit᷑ curēt vulnera pctōꝝ. Prima manꝰ debet eē mūdissima. qa tractare debēt filiū dei. p. Io. p. Manꝰ nr̄e tractauerūt de vbo vite. Sed ista manꝰ in ml'tis est leprosa ꝛ īfecta libidine vt merito vni cuiq̄ dicat᷑ illd Exo. xliiii. Mitte manū tuā in sinū tuū. Et istd Io. xx. No li me tāgere id est subtrahe te a celebratione diuinoꝝ et admīstratiōe sacramētoꝝ dei ppt᷑ imūdiciā vite tue. Iob. xiii. Manum tuā longe fac a me Scda manꝰ debet esse sanissima q̄ tractare debēt vulnera pctōꝝ. iiii. Re. v. Putabā ꝙ egrederet᷑ ad me et manu

sua tãgeret locũ lepre. Et saluator ex tendẽs manũ suã tetigit locũ lepre vel leprosũ dicẽs. Volo mũdare. Math. viii. Sʒ mlti curati ꝛ plati sũt his dieb⁹ vt canes q sola lingua lingebãt vlcera lazari. Tales ei sola lingua lingũt vul nera pctoꝝ sed manu nõ cõtingũt: qa opa mĩe nõ ĩpendũt: nec opib⁹ ppriis exẽplũ pbẽt subditis vel pnievel vᷣtutᷣ Mat. xxiii. Supra cathedrã moysi sederũt scribe et pharisei. et infra. Alligãt eñi onera grauia et ĩportabilia et ĩponũt hũeris hoĩʒ digito aũt suo nolũt ea mouere. Hec ergo dicit moraliter spũs scũs de istoꝝ idoloꝝ. i. malorũ platoꝝ negligẽtia ꝛ defectiua conuersatione. Tales sacerdotes cõparat Greg. Omel. xvii. aq̃ baptismatis qui alios mũdãt ꝛ seipos nõ mũdãt dicẽs sic. Ingrediunᷣ electi sacerdotũ manibus expiati celestẽ patriã ꝛ sacerdotes xp̄i ad eᷣna supplicia festinãt. Cui rei sacerdotes malos siles dixerĩ nisi aq̃ baptismatis q̃ pctã ceteroꝝ diluẽs: illos ad regnũ celeste mittit ꝛ ip̄a in cloacã descẽdit. Prio ergo dicit spũs scũs de istoꝝ idoloꝝ. i. maloꝝ platoꝝ negligẽtia. Scdo describit eos ab itrusoria ĩstitutõe B Dicit ei ꝙ hõ fecit illos ꝛ is q spiritũ mutuat⁹ est finxit illos. et ꝙ mortalis mortuũ fingit manib⁹ iniqs. Et notat modũ triplicẽ quo plati nõnũq̃ male ĩstituunᷣ. Quidã ei adipiscunᷣ dignitatẽ ꝛ statũ i eccl'ia p sãguis affectionẽ. et de talib⁹ dr̄ ꝙ hõ finxit illos hõ scʒ mot⁹ carne ꝛ sãguĩe et nõ spũ scõ. Quidã adipiscunᷣ p cõmunẽ cõspiratõeʒ spũs hũani: nõ per cõmunẽ ĩspirationẽ spũs sci. et de talibus bene dicitᷣ Qui spiritũ mutuatus est is finxit illos. Spũs eñi intᷣdũ pro voce accipiᷣ. Iuxta illud p̃me ad Corin. xiiii. Psallã spiritu: psallam et mente. Is ergo qui spiritũ mutuatus est hoc est cõpromissari⁹ qui voces obtinet alioꝝ ꝛ pro aliis eligit iste fingit idolũ id est falsũ platũ ad cõmodũ ppriũ nõ ad eccl'e pfectũ. Tercii adipiscunᷣ dignitatẽ pter mũerũ pactionem. ꝛ de talib⁹ dicitᷣ ꝙ mortalis mortuũ fingit manib⁹ iniqs. Mortalis id est symoniace vẽdẽs beneficiũ fingit mortuũ id est symõiace pmotũ. Quorum vterq; a morte denoĩaᷣ: qa vterq; peccat mortalitᷣ et pmouẽs ꝛ pmotus si de ɔtractu cõstat. Vterq; talẽ fingit manib⁹ iniqs: hoc est mũerib⁹ datis vl' pmissis. De qbus dicitᷣ in ps. In quorũ manib⁹ iniqtates sunt dextera eoꝝ repleta est mũerib⁹. De istoꝝ mũerũ acceptione dicit Isid. li. p̃mo de sũmo bono ca. iii. Tres sũt mũerũ acceptiones quib⁹ cõtra iusticiã humana vanitas militat: fauor amiciciaꝝ: adulatõ laudis: et corpalis acceptatio mũeris. Facili⁹ autẽ puertitᷣ anim⁹ rei corpee munere: q̃ gratia laudis et fauore.

LECTIO. CLXXV.

m Elior est eñi ipse his quos colit: quia ip̄e qdẽ vixit cũ eẽt mortal'. Illi autẽ nũq̃: sed et aĩalia miserrima colũt. Insensata eñi cõparata his illis sũt deteriora: sʒ nec aspectu aut quod ex his aĩalib⁹ bona põt ɔspicere. Effugerũt aũt dei laudẽ et bñdictionẽ ei⁹.

Postq̃ reprobata est mltiplicitᷣ idolorũ factura. In hac pte finalitᷣ reprobaᷣ idolorũ factorũ cultura. Et circa hoc duo facit. Primo eñi arguit eorũ culpã mortalẽ. Scdo cõcludit eorũ penã ppetuã. scda ps ibi. Effugerũt. Circa primũ q̃tuor facit. Primo redarguit

idola fragilia de materia lutea. Scdo colẽtes aialia. Tercio ostẽdit ꝙ idolatre sũt suis idolis magis nobiles. q̄rto ꝙ eorũ idola sũt penit⁹ iutilia A Circa p̄mũ dicit ꝙ miser figul⁹ colẽs idolũ fictile melior est idolo qđ colit. Cui⁹ ratio est: qa ip̄e viuit illđ autẽ nũ q̄. Circa scđm dicit ꝙ miseri idolatre colũt aialia id est imagines aialiũ de quo satis dictũ est supra in ca. xiii. Circa terciũ ꝓbat ꝙ miseri idolatre sũt suis idolis que colũt magis nobiles: qa ipsi sentire possũt. illa aũt nõ vñ dicit Insensata enĩ id est idola carẽtia sẽsu cõparata his scꝫ suis cultorib⁹ illis sũt deteriora. Circa quartũ dicit ꝙ nullũ ex his aníalib⁹ id est idolis aialiũ põt cõspicere bona aspectu ĩteriori vel exteriori nec per cõsequẽs bona cultoribus suis dare Et ideo subinfert meri to idolatarũ pena in genere viꝫ ꝙ sũt ĩdigni laude ⁊ bñdictõe dei. vñ subdit Effugerũt dei laudẽ ⁊ bñdictionẽ ei⁹. Et põt legi dupliciť: vł qa fecerť se indignos dei laude et bñdictione actiua vel sũt indigni vt a deo laudenť ⁊ bñdicanť. a Sed cõtra dicta videtur esse qđ dicit Aristo. p̄. ethi. Optimorũ inq̄t non est laus sed aliq̄d mai⁹ laude de⁹ optim⁹ est: ergo sibi nõ debeť laus Dicẽdũ ꝙ deũ dupliciter honoram⁹. Primo modo scđꝫ essẽtiã suã: que est incõprehẽsibilis et infinita et sic sibi debeť honor latrie. nõ aũt laus. quia laus ꝓprie loquẽdo nõ debeť alicui nisi ad ĩcitãdũ eũ ad mai⁹ bonũ. Sꝫ cũ ipse sit optim⁹ ⁊ vltim⁹ finis noster ⁊ felicitas nostra vera ⁊ suprema cõpletiua et vltimata. Felicitas autẽ scđm ph̄m nõ est de nũero laudabiliũ sꝫ hõrabilium. Laus igiť cũ nõ debeť fini sꝫ illi quod est expediẽs ad finẽ nõ videť cõuenire deo vt sic. Et sic loquiť p̄s. scđꝫ trãslationẽ Iero. p̄s. vi. Tibi silet laus deus in syon. Nec mirũ qa maior est oĩ laude Ecci. xliii. Alio mõ hõram⁹ deũ scđꝫ effect⁹ suos circa nos ⁊ sic possum⁹ sibi laudẽ attribuere: qa effectus sui ad nr̃aꝫ vtilitatẽ ordinanť: et sic loquiť p̄s. frequẽter Laudate dñm oẽs gẽtes Circa dei bñdictõeꝫ est notãdũ ꝙ q̄tuor dispositões reperiũť in sacra scriptura que hoĩ diuinã bñdictionem ĩpetrãt et acquirũt videlꝫ reuerẽtia deuotiõis ad parẽtes: ⁊ bñficia cõmunionis ad indigẽtes: ĩnocẽtia conuersationis ad cõuenientes: et resistẽtia correptõis ad insolẽtes. Prima ergo dispositio virtuosa que hoĩem dei bñdictiõe dignificat est reuerẽtia deuotionis ad parẽtes Ecci. iii. Honora patrẽ tuũ vt superueniat tibi benedictio a deo. et benedictio illi⁹ in nouissimo maneat. Exẽplis istius sentẽtie plena est sacra scriptura Iacob meruit benedictionẽ patris offerẽdo ei cibos ⁊ vinũ de cõsilio matris sue. Geñ. xxvii. et illa bñdictio data fuit a deo ⁊ ordinata etiam contra intentionẽ patris qui putabat se benedixisse esau.

a Sed dubiũ est quomõ bñdixit Iacob pater suus Isaac cõtra intentionem suam. Dicens enim verba consecrationis ⁊ non intendẽs celebrare vel cõsecrare nõ cõsecrat. Eodẽ modo in aliis bñdictionibus sacramẽtalib⁹ requiritur intentio. vnde sacerdos nullum sacramẽtũ confert vel conficit nisi intendat facere sicut ecclesia statuit faciendum in sacramento Potest dici ꝙ Iacob cõsecutus est beneficiũ benedictionis. nõ quãdo primo benedixit

ei putãs bñdixisse Esau. sʒ postea quã do esau venerat et inotuit Isaac de deceptõe approbauit et rataʒ habuit bñdcõʒ sibi datã dicẽs. bñdixi ei ⁊ erit bñdict⁹ Dicit magister ꝙ Iacob Bñdict⁹ est scdm verba et nõ scdm intẽtioneʒ patris. Sicut episcop⁹ ordinat alienuʒ quẽ putat suũ et ordiat⁹ ẽ. Sʒ nõ videt̃ sile: qa eps intẽdit ordiare illã psonaʒ sibi pñtatã. et nullũ aliũ pro tunc. vnde intẽtio epi per se terminat̃ ad illaʒ psonã. Sed Isaac nõ intẽdebat bñdicere Iacob g̃ ⁊c̃. Põt dici ꝙ q̃uis nõ itendebat bñdicẽ Iacob p̃mo et p̃ncipalit̃ tñ p accidẽs videlicet per deceptioneʒ intẽdebat bñdicẽ illi quẽ tetigit ⁊ quẽ osculat⁹ ẽ forte p̃ma respõsio est melior. Huius enim exẽplũ habẽ⁹ in saluatore p̃cipuũ. de quo dicit̃ ꝙ obtpauit parẽtib⁹ suis ⁊ erat subdit⁹ illis. lu. ii. Intm̃ aũt curã honor̃ habebat matri deferẽdi. vt etiã ĩ articlo mort̃ int̃ verbera vl̃nera ⁊ iniurias reuerẽtiam debitã ei exhibuit et de ei⁹ necessitate futura sollicitudĩeʒ piã gessit Mulier ecce fili⁹ tu⁹. Io. xix. Sed nõ solũ tunc sed etiã ñc honorẽ continuum defert matri cũ ei⁹ p̃cib⁹ sp fauet et ipsa rogã te quibuscunqꝫ deliquentib⁹ vitã p̃bet Vñ de eo videt̃ eẽ sicut d̃ Coriolano p̃ncipe volscoꝝ de q̃ narrat Vale B ri⁹ li. iiii. ꝙ fugat⁹ de rõa ad volscos fugit vt lateret sed cũ prudẽs et p̃bus esset apd̃ quos quesiuit latibulũ adept⁹ est imperiũ. Iste ergo romanis ĩfest⁹ multas cõtra eos obtinuit victorias. tã dẽ cũ duxisset exercitũ cõtra romãos in campũ pp̃l'us rõan⁹ coactus fuit ab eo pacẽ postl'are. Mittũt̃ ergo ad supplicãdũ legati sed nihil p̃fecerũt. Mittũt̃ sacerdotes cũ ĩfulis sed sine effectu redierũt. Stupebat senatus trepidabat pp̃l'us viri pariter et mulieres exi ciũ iminẽs lamẽtabãt̃. Tũc vecturia Coriolani mater vxorẽ ei⁹ ⁊ liberos se cũ trahẽs castra volscorũ petiit. Quaʒ stati fili⁹ ut aspexit. expugnasti iqt ⁊ vicisti irã meã. Patriã p̃cib⁹ hui⁹ admod̃ cui⁹ vtero q̃uis merito mihi iuisã dono. Et ꝯtinue a romanis exercitũ suũ amouit. Sic oĩno christ⁹ se habet ad reuerẽtiã mr̃is sue: qa vbi p̃ces cui⁹cũqꝫ creature r̃pellũt̃ ibi p̃ces marie ꝯtiue et gratant̃ exaudiũt̃ efficacit̃. Vnde Ans. in quadã orõe sic inqt. O beatissima domina sicut oĩs a te auers⁹: et a te despect⁹ necesse ẽvt intereat. Ita oĩs ad te ꝯuersus et a te respect⁹ vt pereat ĩpossibile ẽ. Istã etiã v̾tutẽ pietatis ad matrem pulchre oñderũt Helinus et Brenin⁹ q cũ innumerabilib⁹ exercitib⁹ cõgredi se parassẽt superuenit mat̃ nudat vbera pacẽ supplicat cõcordantur germani. De ista pietate loq̃t̃ petrus Rauenẽsis in quodã sermõe. Separa filiũ a paterna denoĩatione. iam nõ est filius sed frater et collega eoꝝ De quib⁹ dicit̃ Vos ex patre diabolo estis. Et vtiqꝫ talis filius maledictõeʒ patris merito promeretur. Deutronomii. xxvii. Maledictus qui nõ honorat patrem suũ ⁊ matrẽ suã: ⁊ dicit oĩs popul⁹ Amẽ Scda dispositio virtuosa que diuinã benedictionẽ impetrat homini est benificẽtia cõis ad indigẽtes vnde dediti opib⁹ pietatis ⁊ elemosine a dño benedicũtur. Prouer. xxii. Oĩs q pn⁹ ẽ ad miaʒ bñdicet̃: de panibus enim suis dedit pauperi. Est eniʒ de viro elemosinario sic̃ narrat Merbod⁹ libro suo de lapidib⁹. c. xlvii Lapide ene ydros. Iste enĩ lapis sp mit-

tit de se aquas i abūdātia ꝛ tñ nūq̄ ex hoc decrescitvel minuit̃. Cui⁹ causā ē difficile assignare qa semper dat et sp abūdat. Cōsimilit̃ est de viro liberali: q q̄to plura ꝑ deo dispgit: tāto pl⁹ abū dat frequenter. Prouerbioꝝ.xi.c.alii diuidūt ꝑpa et ditiores sūt.alii rapiūt nō sua: ꝛ sp in egestate sūt.et tales fi nalē benedictōꝫ habebūt: qn̄ recitatis opib⁹ pietatis dicet̃ Venite bn̄dicti pa tris mei ꝑcipite regnū.ii.corin. ix.dr̄ Qui seminat in bn̄dictionib⁹ de bene dictionib⁹ et metet Tercia dispositō virtuosa q̄ hoī diuinā benedictionē ac qrit est innocētia ꝯuersationis ad ꝯui uentes. Vnde in p̄s dicitur. Innocēs manib⁹ ꝛ mundo corde: q nō accepit ī vano aīaꝫ suā: nec iurauit in dolo ꝑxi mo suo: hic accipiet bn̄dictōeꝫ a dn̄o. Ecce quattuor ponit. Simplicitatē op is seu operationis. Innocēs maib⁹. pu ritatē cogitatōis. mūdo corde. Soliditatē deuotionis. Nō accipit invauū animā suā. et sctitatē locutōis. nec iura uit in dolo proxio suo . Tal' describit̃ sctūs. Iobvir simplex et rect⁹ ac timēs deū ꝛ iō cito p⁹ subiūgit̃. Opib⁹ manu um eius benedixisti: et possessio eius creuit in t̃ra. et in fine dicit̃. Dn̄s aūt bene dixit nouissimis iob: magis q̄ pn̄ cipio eius. Iob. xlii b Sed ē notādū ꝙ ē de deo et mūdo sicut fuit de io seph et Iacob patre suo. Gn̄. xlviii. Io sephvoluitvt Iacob benediceret filiis suis duob⁹. Manassen ꝛ Effraym. et qa ioseph pl⁹ dilexit Manassen: posu it eū ex pte dextera patris sui et effraym ad sinistrā applicuit. Sed iacob in struct⁹ in spiritu ma⁹ suas cācellauit ꝛ effraym imposuit manū dexterā. ma nassevero manū sinistrā ꝛ sicvtriqꝫ be nedixit. Isto mō moralit̃ mūd⁹ appro bat amicos et ponit eos in magna dig nitate. sicut sūt domini et prelati et vi dent̃ ad dei dexterā applicati. Alios mūdus reprobat et ponit eos in paup tate in infirmitate et aduersitate ꝛ ip savitavident̃ indigni. Sed quid ē fina lit̃? Certe deus cancellat manus et super illū quē mundus approbauit poīt sinistrā. et sup illuꝫ quē reprobauit po nit dexteraꝫ. et tn̄vtriqꝫ benedicit. dat eī illis quos mūdus plus diligit. diuitias et gloriā huiusvite. et hec ē bn̄dic tio sinistre manus dei. Illis vero quos mūdus reprobat dat vitā et̃nā in celo Prouer.iii. Longitudo dieꝝ in dextera eius et in sinistra illus diuitie et gloria. Et ideo sancti viri qui maledicuntur a mūdo benedicūt̃ a deo. Vn de dicitur in p̄s. Maledicēt illi ꝛ tu be nedices Quarta dispō v̄tuosa q̄ ho mini diuinā benedictōnē acqrit est re sistētia correptionis cōtra insolētes. ꝑ uer. xxiiii. Qui arguūt eū laudabunt̃ et sup iposvemet benedictio. Arguē enim insolētes ꝛ ꝑcipue iuuenes de q bus est spes correptōis et ꝑfect⁹. ē op⁹ maxīe caritat̃ ꝑpt̃ tria Prio qa ipi cor rigūt̃ in seipis Scd̄o p h̄ instruūt̃ quō ꝑ processū tēpoꝝ vt icrepatōes faciant aliis. Tercio quia p h̄ obsistit̃ viciis. Vnde Sen.li.de morib⁹. Vicia trāsmittit ad posteros q peccātib⁹ ignoscit bonis nocet q malis parcit. Cauere ta mē debꝫ iuste corripiēs a t̃b⁹ et a cōsimili defectu et a spūs impetu et a pec cantis cōtemptu. A cōsimili defectu. Vnde ysido.li.iii.de sū.bo.ca. xxxii. Nō debetvicia aliena corrigere q ad huc viciorū cōtagiis fuerit iuolut⁹. im probū eni est arguere qcq̄ i alio qd̄ ad huc reprehēdit in seipo. A spūs impe tu debet hō caue cū corripit. qa quod

impetuose pferi nõ ab amore. sȝ ab ira procedere videt. et tal nihil corrigit. quia ab amoris cõsistorio nõ pcedit. Vñ aug⁹ sr eplam ad gala. Quecũq lacerato aĩo dixeris puniẽtis est ĩpetus. nõ caritas corrigẽtis. dilige: et quicqd voles dic. Tercio corripiẽs cauere debȝ a peccãti ɔtẽptu. semp cogitãs q in simili capi possit. Vnde aug de sermõe dñi in monte. li. iii. c. xxx. Cogitem⁹ cũ aliquid nos rephendere necessitas cogat. vtrũ tale quid habuim⁹ et iã nõ habẽ⁹. et tũc tãgat memoriã communis fragilitas. vt illã correptionẽ nõ odiũ: sed mĩa pcedat. vel sit aliqd viciũ qd nunq̃ habuim⁹ et tũc cogitem⁹ nos hoĩes eẽ ꝛ hr̃e potuisse. ꝛ q isto mõ corripit ꝛ punit delicta benedictionẽ dñi pmeretur. In cuius figuram. Moyses dixit leuitis q vnusqsq gladiũ acciperet et fratrẽ et aĩcũ occideret: q vitulũ cõflatilẽ adorauerãt Et ipso mandato. Moysi paruissent. Dixit ad leuitas moyses. Cõsecrastis manus vestras hodie domino. vnusqsq ĩ filioꝛ ĩ fratre suo vt det vobis benedictio. Exo. xxxii. Et per oppositũ fauẽtes insolẽtibus et eis in eorũdẽ factis adulãtes. sũt cã pditõis eorũ et cõfusionis finalis. vñ de quolibet tali dicit saluator luce. vi. Ve vobis: cũ benedixerint vobis hoĩes. hoĩes inq̃ fauẽtes. defectib⁹ qui errantes nõ corrigũt sȝ adulatorie benedicũt. Cõtra quos p pphetã ait. Maledicã benedictõib⁹ vris et maledicã illis. qm̃ nõ posuistis sup cor. Malach. ii. Et sicut pallegatũ ẽ. q arguunt ꝛc̃.

CAPITU. XVI

LECTIO CLXXVI.

p

Ropt hec ꝛ his silia passi sũt digne tormẽta ꝛ p multitudinẽ bestiarũ extermiati sũt. p quib⁹ tormẽtis bene disposuisti populũ tuũ q̃bus dedisti cõcupiscẽtiã delectamenti sui nouũ saporẽ. escã parẽs eis ortigometrã vt illi quidẽ cõcupiscẽtes escã ppter ea que illis osñsa ꝛ ĩmissa sũt. et a necessaria ɔcupĩa auerterẽt. Hi autẽ in breui inopes facti nouaȝ gustauerũt escam Postq̃ spiritus sanct⁹ reprobauit idolatras per multas vias et declarauit diffuse vnum solum veruȝ deũ esse colẽdũ. Cult⁹ aũt vni⁹ dei fuit antiqtus potissime apd hebreos. cult⁹ vero idoloꝝ apd egiptios. Modo cõsequẽter ĩ ista parte vt cultũ vni⁹ dei cõplete suadeat et cultũ idolorũ perfecte dissuadeat: agit ɔmixtim vsq ad finẽ libri: nũc de suppliciis inflictis egiptus: nunc de beneficiis collatis iudeis. ostendens q illi erãt iuste puniti ppter eorum iniqtatẽ. et isti mirabilit visitati a deo ppt eoꝝ pietatẽ qa vnuȝ verum deum fideliter coluerunt. Et huiusmõi pcessũ tenuit supra c. v. Diuiditur g̃ processus suus vsq ad fineȝ libri in duas partes. Nam primo narrat iustorũ et iniustorũ cõeȝ retributionẽ. Secundo rpẽdit auctor libri deo pro collatis beneficiis populo dei gratiarum actionẽ in fine libri ibi. In oĩbus enim magnificasti. Circa pmum dno facit Nã pmo narrat malorũ mltiplicẽ tribulationẽ. Scdo eorũ finalẽ extermiatõȝ. ibi. Impiis aũt A

Circa pmũ tria facit. Prĩo osñdit quomõ egiptii affligebãt p bestias et aĩalia. Secũdo ostẽdit quõ affligebãt per res isẽsatas ꝛ elemẽta. Tercio quõ affligebãt per corpora supercelestia. Secũda ps infra c. isto. Negãtes enĩ nosse. Tercia ca. xvii. Magna enĩ sũt iu-

dicia tua. In qualibz eni istarꝝ ptiu facit collationē ꝛ correspōdētiā inter bn ficia et supplicia Nā sicut egiptii pmebāt p bestias elemēta ꝛ corpora super celestia. ita hebrei cōtra hec tres mirabiles cōsolatōes habuert siue receperūt. Habuerunt coturnices eis datas i escā: vt sicut musce et scinifes afflixerūt egiptios. ita volucres nobiles consolarēt hebreos. Scdo habuerūt mā na de aere descēdēs: vt sic ignis ꝛ grādo afflixerūt per elemētū aeris egiptios ita māna per idē elemētū descēdēs cōfortaret hebreos. Tercio habuerūt lucē a corporib⁹ supcelestib⁹ semper cū eis pmanētē vt corpora celestia qn̄ egiptiis lucē suā subtraherēt eā tamē nihilomin⁹ hebreis exhiberēt. de istis ergo beneficiis et suppliciis agit alternatim p anthitesim p duo capitula. Circa tn̄ pmā āthitesim q̄ ē de egiptiorꝝ extmiatōe: et de hebreorꝝ cōsolatione et vtraqꝫ p bestias et volatilia tria facit. Nā pmo narrat egiptiorum extminationē. Secūdo hebreorū mirabilē cōsolatiōnē. Tercio assignat inter egiptios et hebreos cuiusdā diuersitatis distinctionē. Secūda ps ibi. pro quib⁹ tormētis. Tertia ibi Oportebat Quātū ad pmū dicit. ppt hec. i. idolatriā mltiplicez. et his similia. qa aliqs modos idolatrie specificauit ꝛ aliqs p termisit Passi st digne tormēta ꝛ p mltitudinē bestiarū extmiati sūt: qa per mltitudinē bestiarꝝ qdā afflicti ꝛ qdā extmiati sūt. Circa scdz p p̄riū fecit deus circa pplz suū licz peccasset i deserto sicut narrat. Exo. xvi. Filii israel i defto murmurauerūt p̄ dn̄m dicētes. Vtinā eēm⁹ mortui i egipto qn̄ sedebā⁹ sr ollas carniū ꝛ cōedebā⁹ ad saturitatē. stati ū cū moyses orassz ad dn̄z rdiit ꝛ rn̄dit eis Audiuit dn̄s murmuratōes vrās cōtra eū ꝛ dabit vob vespe carnes. Facto ū vespe ascēderūt coturnices de quodā sinu arabico. vbi potissime nutriūt. et trāsito mari in medio ceciderūt inter castra. i. itra tētoria. hebreorꝝ et capiebāt ad nutū ppli. et hāc historiā narrās in littera dicit sic. Pro qb⁹ tormēti egiptiorꝝ p⁹ recitati. i. loco tormētorꝝ egiptios illatorꝝ. bn̄ disposuisti pplm tuū. i. dedisti bn̄ficia pplo tuo qb⁹. i. illis q fuit pplus tuus. Dedisti ꝯcupiaz dlectamēti sui. i. delectationē ꝯcupitā. Iux illd ps. Cōcupierūt ꝯcupiaz i deserto nouū saporē. i. escā noui sapori parans eis ortigometrā. Est aūt ortigometra auis regia fz magistrū in historiis quā Ioseph⁹ ortigiā vocat a Grec⁹ ū ortigometram nos vulgo dici⁹ currilegū a currēdo. Et dicit ortigometra quasi recta mēsura. Isido. tn̄ videt differētiam ponē it coturnicē ꝛ ortigometrā. ii. ethi. c. vii Coturnices a sonovocis dicūtur qs greci ortigias vocant eo qꝫ vise fuert pmo i ortigia isula He aduenie di tpa hn̄t. Naz estate depulsa maria trāsmeāt. Ortigometra dr q gregē ducit. Cū āt tre appropiqt: accipit videns eam rapit et ppterea cura est vniuers ducē sollicitare externi generi p quaz caueant extrema pericula. Cibos gratissimos habēt. semina venenorꝝ q̄ ob causam eas veteres vesci interdixerūt Solū eni hoc animal sicut homo caducū patitur morbū. Hec Isi. Vbi patz scdm eum qꝫ coturnix ꝛ ortigometra nō sunt idem: quia solum illa dicit ortigometra que ducit exercituz et non alia. quis autē dicat Isido. accipiens a Solino qꝫ solū hoc animal morbū patit caducū. Nō tamē creditur hoc es-

seuerū. Vulg⁹ enī dicit ꝙ auctor libri qui incipit triplex est esse scribit. Illū quidē morbū patiūť passeres. Scribit etiā solin⁹ de mirabilib⁹ hui⁹ mūdi de coturnicib⁹ ꝙ qn̄ mare transire volūt austro flante nūq̄ exeūt. nauim flatus tumidioris metuūt plurimūq; se aq-lonarib⁹ credūt vt corpa pinguia ⁊ iō tarda facili⁹ puehat fortior ac vehemē tior spūs. cū maria trāseūt: impet⁹ dif ferūt et metu spacii lōgioris vires su as tarditate nutriūt. vbi vero ťrā con-spiciunt cateruati coeunt. Deinde cō-globate vehemēti⁹ pperāt. que festina tio plerūq; exitiū parat nauigātibus. Accidit enī noctib⁹ vt vela incidāt ⁊ p̄-ponderatis fumb⁹ i alueos mergant Hec Solin⁹ Isto ergo auiū genere pa uit dn̄s filios isrl̄ in deserto cū paterē tur cōcupiscētiā carniū quales come-derant in egipto vt videlȝ per illas car nes auerterenť a cōcupiscētia quā ha bebāt. Et hoc est quod diciť in lr̄a vt il li q̄dē id est filii isrl̄ cōcupiscētes escaȝ carniū scȝ de egipto auerterenť ⁊ a ne cessaria cōcupiscētia hoc est violētia. necessariū enī vno mō diciť violētum scd̄m Aris. v. metha. ca. de necessario fuit aūt cōcupiscētia eoꝝ violenta: q̄a oriebať ex cōsuetudine vescēdi carni-bus in egipto. Cōsuetudo aūt assimila tur nature. vii. ethi. Cōsuetudo est altera natura. Vt ergo auerterenť a nccia ꝯcupia ppť ea q̄ illo n̄sa et missa sūt id est propť aīalia: que illis missa fuerūt p diuā prouidētiā id est cotur-nices ideo eis dīnit⁹ date fuerūt quod et factū pro tūc saltē fuit vt a cōcupi-scentia auerterenť. vn̄ subdit. Hi autē id ē filii isrl̄ i breui iopes fc̄i. i. idulgē tes cibo nouā gustauerūt escā de q̄ di-ctū ē. b Et ē notādū ꝙ ꝯsuetudo maximā habet violētiā iclinādi volū-tatē ad se. Et iō sicut optimū est assue fieri ad bonas cōsuetudies et vⁱtuosas ita piculosū et pessimū est assuefieri ad vicia. vn̄ narrat valeri⁹ li. vii. c. ii. in fine ꝙ Cretenses cū acerbissima exe-cratōe vti volūt aduersus eos: quos ve hemēter odiūt optāt vt mala cōsuetu dine delectenť modestoq; volūtatꝭ ge nere efficacissimū gen⁹ vltiōis euētū reperiūt. hec ille vult dicere: ꝙ ipi vi-denť modeste male dicere qn̄ dicunt hoī mala cōsuetudine delecteris et tn̄ impcanť eis maximū gen⁹ mali. De malicia ū puerse ꝯsuetudis loq̄ť Aug. viii. ꝯfes. ca. v. de semetipo dicit. ꝙ dif ficilis fuit ad cōuertēdū ad fidē. vn̄ di cit sic. Ligat⁹ erā nō ferro alieno: sed mea ferrea volūtate. velle meū tene-bat iimic⁹ ⁊ īde mihi cathenā fecerat ⁊ ꝯstrinxerat me. qppe ex volūtate puer sa fc̄a est libido. ⁊ dū fuiui libidini: fc̄a est cōsuetudo. ⁊ dū cōsuetudini nō re stiti fc̄a est necessitas. Hec Aug⁹. Vn̄ etiā metrice diciť. Qui nō assuescit vⁱ-tuti dū iuuenescit A viciis nescit disce dere qn̄ senescit. In cui⁹ figurā salua-tor faciliť suscitauit puellā in domo ⁊ iuuenē delatū in porta. Sȝ lazaꝝ q̄tri duanū i monumēto cū gemitu lacris et clamore Io. xi. Quā historiā expo nēs Aug⁹. sup Mat. om̄l. xv. dicit sic. Moles īposita sepulcris ipsa est dura vis ꝯsuetudis q̄ pmiť aīa nec resurgē nec spirare pmittiť dictū est aūt q̄tri-duan⁹ ē. Reuera ad istā ꝯsuetudinē de qua loq̄r de q̄dā pgressu puenit aīa. p̄-ma ē quasi scītillatio delectatōis i cor de. Scd̄a cōsensus in volūtate. Tercia factū. Quarta ꝯsuetudo. Hec aug⁹.

LECTIO.CLXXVII

